

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Philebus Platonis, vel, de summo bono

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

Vera. Nonne ut summam loquar, si dixerimus, unum si non est, nihil est, recte dicemus? Et maxime quidem. Hoc itaque dictum a nobis sit, atque illud preterea, quod videtur, unum siue sit, siue non sit, tum et alia ad sese, atque inuicem omnia omnino sunt atque non sunt, apparentque in super, et non apparent. Verissima quidem haec sunt.

PHILEBUS PLATONIS, VEL, DE SUMMO BONO. MARSILII FICINI ARGUMENT.

Summum bonum.



HIVS libri propositum est, de summo autem bono differere, quod quidem summum bonum, cui conditione quadam dicitur, cui ipsum rerum omnium principium summum bonum absolute dicitur. De hoc igitur, quod cum conditione bonum, hoc in libro: de eo quod absolute, in Parmenide disputant. Ab absolute autem hoc manat, quod admodum lumen quoddam ab ipso luminis totius fonte dependet. Quod obrem in Phaedone et Theaeteto dictum est a Platone summum autem bonum dei similitudine esse, nihil vero solis sit simile, nisi quadam luminis ipsius infusione. Unde et autem bonum erit integra diuini luminis consuetudo. Id lumen in mente primo, in voluntate deinde descendit. In mente veritas, in voluntate gaudium in mente ambrosia, in voluntate neque claritas, a Platone hic et in Phaedro cognominantur. Itaque summum bonum in sapientia et voluptate mixtionem locauit. Sed autem in sola vel sapientia, vel voluptatis ratione beatitudinem consistere posse negant, ex eo quod triplex boni summi conditio in neutro reperitur. Ea est, ut summopere perfectum sit, et sufficiens, et expetendum. Perfectum, quia nihil sibi deest. Sufficiens, quia nihil deest illi quod ipsum capit. Expetendum, quia in illo et ex illo est, quicquid appeti potest. Unde quia perfectum, sufficiens: quia sufficiens, expetendum. Sanne quia sibi sat est, alteri sufficit: quia sufficit alteri, desideratur ab altero. Haec neque soli sapientia, neque voluptati, sed mixto euidam ex utraque competere demonstrantur. Vbi de voluptate et sapientia genere, origine, atque natura per multa dicuntur, de infinito et termino, de composito et compositio principio. Ac demum concluditur summum in natura bonum, et absolute, esse mensuram vniuersorum, hoc est totius naturae principium. Summum vero bonum mensura et autem esse illius primi possessione, quae mixtionem ex sapientia et voluptate per veritatem, comensurationem, et pulchritudinem conuenit. Quae in primo bonorum gradu rerum omnium mensura ponitur: in secundo veritas, comensuratio, pulchritudo: in tertio mensura sapientiaque: in quarto scientia, ars, et opinio: in quinto temperata voluptas. Beatissimumque vir dicitur, qui et sapientiam diuinorum adeptus est, et humanorum peritia scientia quadam et arte et opinione constantem, gaudium contemplationis totus exultat, voluptati sensum eatenus se committit, quatenus sapientia scientiaque et gaudium impedimentum inde nullum accipiunt. Introductio ad dialogum eiusmodi est. Cum multa de summo bono vltro citroque Socrates Philebusque cotulissent, atque esset Philebus iam disputando desessus, Protarcho nup aduenienti gratulatus est, annuitque, ut prouinciam in disputando sua susciperet. Protarchus ut potest adulescens subitum est assensus. Ad quem conuersus Socrates, Considera, inquit, quam tutelam suscipias, neque temere ad disputationem properes. Imo audi utriusque sententiam prius, et eam quae tibi reuera ratione examinantur probabilior apparet, accipe defendendam. Sed iam ad dialogum veniamus.

Ambrosia. Neclar. Summum bonum in sapientia et voluptate mixtionem. Tres conditiones summi boni.

Summum in natura bonum. Summum vero bonum mensura et autem esse illius primi possessione, quae mixtionem ex sapientia et voluptate per veritatem, comensurationem, et pulchritudinem conuenit.

Bonorum gradus.

SOCRATES, PROTARCHVS, PHILEBUS.



IDE, o Protarche, quem nunc a Philebo sermonem accepturus sis, et contra quem potius, sicubi parum tibi arrideat, pugnaturus. Visne utranque sententiam in summam redigamus? PROT. Volo equidem. SOCR. Philebus quidem inquit animantibus omnibus bonum esse letitiam,

Voluptatem, delectationem, ceteraque huius generis omnia. Nostra autem aduersus illum disceptatio est, ut non ista quidem, sed sapere, intelligere, meminisse, et qua hisce cognata, opinio recta, verique rationis discursus, meliora et potiora sint, quam voluptas omnibus quicunq; horum capacia sunt, eorumque adeptio maxime omnium utilis sit, et praesentibus, et futuris. An non haec utriusque sententia Philebo fuit? PHIL. Et maxime quidem. SOC. An suscipis, o Protarche, eam quae tibi nunc oblata est disputationum? PROT. Necessesse est me illam suscipere, quandoquidem Philebus pulcher ille desessus est. SOCR. Oportet equidem quid in his verum sit, o studio definire, PROT. Oportet sane. SOC. Age igitur, praeter haec id insuper assueuerimus. PROT. Quidnam? SOCR. Quod utrumque nostrum habitum quendam et affectionem animi, quae cunctis hominibus vitam exhibere beatam possit, demonstrare conetur. Nonne? PROT. Certum. SOC. Et vos quidem habitum affectionemque letandi, nos autem sapientiam. PROT. Sic est. SOCR. Si quis vero habitus praestantior utrumque horum videatur, idemque voluptati cognatior sit, ac stabilimentum vitae praestet, nonne utrumque superabimus nos, voluptas autem sapientiam superabit? PROT. Profecto. SOC. Sin autem sapientia sit is propinquior, vincet utrumque sapientia voluptatem, voluptas contra succubet. Num ista conceditis? PROT. Mihi quidem concedenda videntur. SOC. Philebo autem quidnam videtur? PHIL. Mihi sane voluptas praestare videtur, semperque videbitur. Ipse autem videtur, o Protarche. PROT. Cum iamiam nobis Philebo concesseris disputationis officium, haud amplius apud te assentiendi Socrati, vel dissentiendi potestas erit. PHIL. Vera dicis. Ego vero purgatum me volo, testemque deam aduoco. PROT. Et nos quoque testes erimus, te ista quae dicis dixisse. Verum nos deinceps, o Socrates, vel volente Philebo, vel quomodocunq; vis, absolueri conemur rem, SOC. Conemur ab ipsa dea exordientes, quam hic venerem nuncupari quidem, sed verissimum ei nomen esse voluptatis, inquit. PROT. Recte sane. SOC. Reuerentia vero mihi semper erga deorum nomina est, non humana quaedam, sed maximum quoniamque timorem exuperans. Eo nunc quidem venerem, quemadmodum ipsi gratum est, sic appello: voluptatem vero rem esse variam scio: Sed ab ea, ut dixi, principium facientes, quam habeat naturam, inuestigare debemus. Rem vnam quidem audimus: formas tamen varias admodum, et inuicem quodammodo dissimiles habet. Vide in delectari dicimus intemperantem hominem. Sed et temperantia temperantem: delectari insipientem insipientibus opinionibus, ac vana spe vndique plenum. Sed et sapientia sapientem, quae quidem voluptates si quis dissimiles esse neget, insipientem esse merito videatur. PROT. Haec quidem, o Socrates, ex contrariis rebus proueniunt, non sunt tamen ipse contrariae. Qui enim voluptas voluptati rerum omnium maxime similis non sit, cum sit eadem ipsa sibi? SOC. Enimvero, o beate, neque color a colore, ex eo quod color vnusquisque est, differt, at vero nigrum albo praeterquam quod differt, etiam contrarium esse nonimus omnes. Quinetiam figura figurae eadem genere ipso in vniuersum est: partes autem generis eius, aut in immensum inter se differunt, aut contrariae sunt etiam, ceteraque huiusmodi multa reperimus. Quam ob rem noli huic rationi,

Venerem valis pius.

Plures modi delectandi.

et dicitur... na quo ad... at. Quid... e parum... ori in mi... peruenisse... atur erit... minum ha... medium, ... cum qui... cipium... iter sem... per inte... a nequit... it. Verissi... et differ... semper. n... Nonne hoc... et? Necess... que mul... te descri... modum... a qualibet... ter unum... dissimilia... rat a emi... aliquo co... At vero... seruat is... dit. Simi... um in ur... Nonne... ibi, et... vndique... uniaque... esset, si... arras... Non... p... gatur vni... in his n... um illoru... lea. Vera... multa, ne... aut mul... at, nullum... qua mini... illa pari... eo quod mi... illo modo id... certe. Quae... cipitur, aut... opinari pe... unum non... ur unum, ... neg etia... corrigua, ... ribus tan... animus, ... si non est... Vera

rationi, quæ maximè contraria omnia vnum efficit, credere. Vereor. n. ne fortè voluptates quasdam inter se contrarias reperiamus. PROT. Forte, sed quid hoc rōnem nostram lædet? SOC. Id certè lædet, quod tu hæc dissimilia cum sint, alio (sic dicamus) noīe vocas: ais. n. sua omnia bona esse: suauiā verò, quin suauiā sint, nulla prohibet ratio. Cūm autem ex ijs multa mala sint, multa etiam, vt nos quidem dicimus bona, tu tamen omnia bona vocas, etiam dissimilia inuicem confessurus, si quis cōgerit. Quid ergo in cunctis voluptatibus, tã malis, quam bonis idē mne quiddam cōmuniter inuenitur, cuius gratia bonas omnes vocas? PROT. Quid ais, ò Socrates? An putas quempiam, cūm posuerit voluptatem bonum esse, inde tibi concessurum quasdam bonas, quasdam malas esse? SOC. Veruntamen dissimiles esse multas, plerasq; etiam inter se contrarias confiteberis. PROT. Haud sane in quantum voluptates sunt. SOC. Rursus in idem relabimur, ò Protarche, dicemusq; voluptatem voluptate nihil differre, sed omnes consimiles esse: & exempla in medium paulò antè inducta nihil mouebunt. ac instar eorum qui inepti & rudes disputationum sunt, contendemus. PROT. Quis ista dicit? SOC. Quia si ipse te imitans ego, repellensq; dicere non verear, quod dissimilimum omnium dissimilimo similitimum sit, eadem quæ et tu afferre poterō. Itaq; rudiores, quàm par sit, apparebitus. Et oratio nobis exciderit, peractaq; iam sit: rursus igitur eam exordiamur: fortasse enim altius progressi in eandem sententiam concedemus. PROT. Dic quo? SOC. Pone me vicissim interrogatum abs te, ò Protarche. PROT. Quidnam? SOC. Sapientia, scientia, mēs, & quæcunque ego à principio rogatus quid ipsum bonū sit, bona vocabam, nonne idem quod & sermo tuus, patitur? PROT. Quæ ratione? SOC. Cuncta nanque scientia multa videbuntur, earumq; nonnullæ dissimiles inuicem, quod si quæ etiam contrariæ sint, nunquid presenti disputatione dignus fuero, si hoc ipsum ueritus, nullam scientiam scientia dissimilem dixerim? Sic tandem sermo noster tanquam fabula euanesceret, nos autem ruditate quadam detineremur. At sic fieri minimè decet, quin potius saluis ratio habenda est. Mihi igitur & in tua, & in mea oratione ex æquo id placet: vt multa videlicet voluptates ac dissimiles sint, multa præterea differentesq; scientiæ. Differentiam itaque mei ac tui boni, ò Protarche, minimè abscondentes, sed in lucem potius educentes, feramus, si qui examinantes inquirant, voluptatē mne an sapientiam, aut tertium præter ista quiddam bonum vocare fas sit. Nunc enim nequam istud contendere debemus, ut quæ ipse pono, aut q; tu vincant, sed ei quod verissimū est, faueamus. PROT. Sic oportet. SOC. Hoc item multo magis mutua confessione stabiliamus. PROT. Quidnam. SOC. Quod omnibus hominibus molestum est, & uolentibus & inuitis etiam interdum quibusdam. PROT. Dic planius. SOC. Sermonem qui mox incidet inquam, natura mirabilem. Multa vnum esse, & vnum multa, mirabile dictu. In quo facile est vtracūq; partem defendas, literis mouere. PROT. Nunquid hoc ais, cūm quispiam me uerbi causa Protarchum vnum natura genitum asserit, eandem rursus multos dicat? rursus qui me contrarios, grauem, leuem, magnum, paruum ponant, idē en-

dem vnumq; hominem ponant, & multa huius generis? SOC. Tu quidem, ò Protarche, circa vnum ac multa, quæ mira uideri desierunt, inducis, & quæ, vt ita dicam, oēs consentiunt minimè tentāda esse, cūm puerilia sint quadam, & facilia cognitu, ac maximè sermonibus obfutura, si quis admittat: nec mirabilia censenda, si quis membra alicuius partesq; ratione diuidēs vniuersas eas, illud vñ esse confessum, mox refellat, derideatq;, quasi monstra fateri coactum, vnum multa scilicet infinitaq; esse, multa verò vnum. PROT. Tu verò quæ nã alia dicit, ò Socrates, quæ nondum concessa circa sermonem eundem diuulgata sint? SOC. Quando quispiam, ò puer, ipsum vnum nihil ex ijs quæ oriuntur, & occidūt, ponit, vt paulò antè nos diximus, tunc tale vnum haud quaquam refelli debere concessum est. At quum vnum hominem affirmare conatur, bouem vnum, pulchrum vnum, vnumq; bonum, tunc sanè in ijs eiusmodiq; vnitatibus, anxii studium, ac etiam diuisio ambigua fit. PROT. Quo pacto? SOC. Primò quidem vtrum admitendum sit, eiusmodi quasdam vnitates verè esse: Deinde quomodo quamlibet earum vnam semper eandemq; esse putandum, nec generationem, nec interitum suscipientem, suaq; in vnitatem firmissimam. Postremò nunquid in rebus genitis, & infinitis quæq; ponenda sit, siue dispersa, multaq; ex vna iam facta, siue tota ipsa ab seipsa seorsim, quod maximè omnium impossibile videatur, vnum idemq; simul in vno multaq; fieri. Non illa igitur, ò Protarche, sed ista sunt quæ circa vñ & multa, malè accepta, oīs difficultatis defectusq; sunt causa, benè aut examinata, facilitati. PROT. Oportet nos, ò Socrates, hoc primum in presentia discutere. SOC. Sic ego quidem iudicari. PROT. Hos igitur oēs concedere hæc tibi existima. fortè verò nunc præstat Philebū, quasi malum (vt dicitur) quod benè tacet, rogando non mouere. SOC. At vnde potissimum exordiemur, cūm multa & varia in his dubitationibus pugna insit? hinc ne? PROT. Vnde nam? SOC. Vnum ac multa rōnibus idem facta, omnem vbiq; orationem & quōdam & nūc peruagari, quod vt nunquam futurum non est, ita nūc primum haud cœpit, sed est, vt mihi quidem videtur, in hoc disputationum genere Protarche, immortalis quædã & nunquam senescens insita nobis ratio. Eam cūm primum adolescens aliquis gustauit, secum ipse congratulatur, quasi quendam thesaurum sapientiæ nactus, & voluptate plenus exultat, ac furit, omnemq; disputationem promptè pertentat, atque sermonem vndique discutit, tum quidem in alteram partem reflectens, & in vnum commiscens, tum verò explicans iterum, & in multa distribuens: vbi certè in dubitationem difficultatemq; seipsum primò ac præcipuè deiecit, deinde proximum quæq; siue iunior, siue senior, siue æqualis sit, nec patri, nec matri, nec audientium cuiquam parcens, ferè etiam nec alijs animantibus, nedum hominibus, quãdoquidem & barbarorum nemini parcat, modò interpretem nanciscatur. PROT. An non vides, ò Socrates, qui astamus, omnes iuuenes nos esse? tum non metuis ne vna cum Philebo, si nos ita obiurgaueris, in te impetum faciamus? Veruntamen, intelligimus enim quod dicit, si quis modus est, si quod machinamentum quo perturbatio hæc benignè è disputatione rejci, ac via

Malū boni
sopitum
moue.

quadam ad sermonem comodior reperiri possit, & ipse meditare, & nos pro viribus te sectemur: Neq. n. parua disputatio prasens est, d. Socrates. SOC. Non certe, d. pueri, sic. n. Philebus vos appellavit. Nulla tamē est via pulchrior, neq. esse pot. quam illa quam semper ego dilexi. At illa me saepe fugiens, desertū inopemq. destituit. PROT. Quā nam ista? dic modo. SOC. Quam ostendere haud ita difficile est, persequi verò difficilimū. Quaecunq. n. per artem adinventa sunt, hac in lucem hōibus proderunt via. Animaduerte quāso, quā dico. PROT. Dic modo. SOC. Donum profecto deorum ad hōes, ut mihi videtur, per Prometheus quendam vna cum quodam lucidissimo igne descendit. Etenim prisci nobis praestantiores, dijsq. propinquiores, hac nobis oracula tradiderunt, quod cum ex vno, & multis consent vniuersa qua semper esse dicuntur, terminumq. & infinitum innatum habeant, oportet nos his ita ordinatis, vnam semper ideam in uno quolibet generatim ponentes inquirere, & eam insitam inuēturus esse: quam si comprehendamus, post unam duas, si sint, perscrutari: si minus id pateat, tres, aut alium numerum q̄rere, & quodlibet eorum q̄ sunt vnum, rursus eodem pacto diuidere, quousq. ipsius principio vnum, non modo quod vnum multaq. & infinita sit, verum etiam quot sit, aliquis noscat: infiniti autē ideam non prius ad multitudinem adhibere, quam quis numerum oem inter infinitum, & vnum medium cadentem percepit, tum demum vnum quodlibet oium abeuntium in infinitū dimittere. Dij ergo, ut diximus, sic nobis inuestigare, discere, & mutuū docere dederūt. Qui verò nunc extant ex hōibus sapientes, vnum quidē ac multa vtcunq. contingit, velocius atq. tardius, quam decet, inducunt, & post vnum infinita continuo, media verò illos effugiunt. Quibus disputandi ratio, tum dialectica, tum et litigiosa discreta est. PROT. Quā modo dixisti, d. Socrates, partim intelligere mihi videor, partim clarius audire desidero. SOC. Perspicue hoc constat in literis, d. Protarche, quod diximus. Itaq. in his quas didicisti, id accipe. PROT. Quōnam pacto? SOC. Vox, inquam, ex ore nobis erumpens vna est, & infinita rursus voces numero, & cunctorum pariter, & cuiusq. PROT. Quidni? SOC. Neutro tamen horum docti efficiuntur, nec quod eius infinitum, nec iterum, quod eius vni cognoscimus, sed quia & quot, & quales sunt, tenemus. hoc. n. vnumqueq. nostrum gramaticum reddit. PROT. Verissima loqueris. SOC. Idem quoq. musicum hōem facit. PROT. Quā ratione? SOC. Vna quodammodo & in hac arte vox est. PROT. Quidni? SOC. Duo item ponenda sunt, graue & acutum, & tertium tonus medius. nonne ita? PROT. Ita. SOC. Veruntamen nondum doctus musicē eris, si hac sola cognoueris, & ista ignorans, ut ita loquar, nullius eris in musica precij. PROT. Nullius. SOC. Sed postquam, d. amice, acceperis quot intervalla vocis numero sunt circa graue atque acutum, & qualia, necnon intervallorum termini, & quotcunq. ex his compositiones proueniunt. Quae maiores nostri conspicientes nobis eorum sectatoribus, ut huiusmodi quaedam harmonias appellarem, tradiderunt. In motibus praterea gestibusq. corporis alia quaedam talia inesse monstrarunt, qua numeris demensa, rhythmos atq. mensuras vocari iussere: cogitare praterea

quod eadem ratione de vnoquoq. quod vnum, & multa est, considerare debemus. Nam quando ista sic accipis, sapiens tunc euadis. Cum verò & aliud quicquam ita comprehendis, sapiens rursus circa illud efficeris. Infinita autem singulorum & in singulis multitudo, vagum te incertumq. & rationis ac numeri reddit expertem, ut potē in nullum cuiusq. terminum respicientem. PROT. Praclare haec, d. Philebe, Socrates mihi dixisse videtur. PHIL. Mihi quoq., sed quid ad rem hic sermo? quid tibi sibi vult? SOC. Recte id, d. Protarche, Philebus iste quaesuit. PROT. Provsus. Responde igitur. SOC. Faciam quod vultis, vbi de his istāem paulisper etiam disputauero. Et. n. si quis vnum aliquod accipit, is ut diximus, haud mox in infiniti naturam, sed aliquē numerū descendere debet: ita vicissim, si quis infinitū primo sumere cogitur, nequaquam in vnum continuo, sed in numerum quendam qui multitudinem aliquā habeat, debet intendere, ex oibusq. tandem in vni desinere. Quod verò nunc diximus, rursus in literis coniectari licet. PROT. Quomodo? SOC. Postquam infinitam vocem cogitavit, siue Deus aliquis, siue homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur, primo in ipsa vocis infinitate vocales literas consideravit, quae non vna, sed plures sunt, rursusq. alias q̄ non vocis, sed soni participes essent, atq. harum numerum certum similiter definiuit: tertiam deinde speciem literarū distinxit, earū quas nūc mutas vocamus. postremo liquidas mutasq. discreuit vsq. singula quaedam, vocalesq. & medias eodem modo, donec earum numero in singulis speciebus, & in vniuersis reperto, elementa vocauit. Cumq. videret neminem nostrum, horū quicquam seorsim percepturū, nisi vniuersa percepisset, hoc velut vinculū, vnum quiddam existens, & in vni dispersa redigens meditatū, quam vnam in his esse artem gramaticē animaduertit, eo noīe appellauit. PHIL. Haec planius, quam superiora videlicet ipsa inuicem comparata, d. Protarche, comprehendī. Idē tamē & nunc, & superius in hac disputatione desidero. SOC. Nū, d. Philebe, requiris, quid videlicet ad sermonē nostrū ista conferant? PHIL. Id scilicet quod dudū ego & vna Protarchus requirebamus. SOC. Nunquid hoc assecuti, requiritis tamen iam pridē ut inquis? PHIL. Quomodo pacto? SOC. An nō de sapientia & voluptate nobis ab ipso principio disceptatio fuit, vtrū ex ijs eligendum? PROT. Imo. SOC. Etenim vni esse vtrūq. horū diximus. PROT. Diximus profecto. SOC. Hoc ipm prior sermo requirit, quō vnum, & multa vtrunq. horū sit, quōue pacto non infinita continuo, sed certum vtrunq. horū numerum accepit prius, quam in infinitum porrigatur. PROT. Haud sanē in leuem nos quaestionem, nescio quomodo Socrates, d. Philebe, circumduxit. Quare agē, considera vter nostrum ad praesentem interrogationem respōdeat. Fortē enim ridiculum est, me disputationis totius successorē, ex eo quod respondere ad id modo nequeā, rursus hoc ipsum tibi imperare. Attamen ridiculum multō magis esset, neutrum nostrum id posse. Meditare itaque quid agamus. species. n. voluptatis a nobis exigere Socrates velle videtur, sint, necne, quotq. praerea, qualē suē sint, & de sapientia eadem similiter percontari. SOC. Vera loqueris, d. Callia fili. Nisi enim id circa quodlibet vnum, simile, idem, & contrarium, quemadmodum

Circa finitā. media. sapientia est. Circa infinita non est ratio.

Theuth.

Prisci & nobis praestantiores, & dijs propinquiores.

Hoc loco quis nosse possit, cuius potestatur naturam scientiam esse virtutē, & virtutē in mediocritate, quod scientia sit, et in quadā mediocritate, id est in terminum & infinitum.

Malū sopitū moue.

Hac rōne & Aristot. voces in decem genera cogit.

oratio

oratio precedens ostendit, obseruare queamus, nullus vnquam nostrum vllius erit ad aliquid precij. PROT. Sic ferme, o Socrates, se res habere videtur. Ac praeclara quidem res moderato viro omnia nosse. Altera vero (quod dicitur) nauigatio, proximumq; videtur, seipsum minimè latere. quorsum autem ista nunc dixerim, declarabo. Ipse nobis, o Socrates, disputationis huius autor extitisti, teq; ipsum ad inuestigandum quid ex humanis rebus optimum sit, praebuisti. Nam cum Philebus voluptatem, delectationem, letitiam, & reliqua huius generis, hominibus optima esse assereret, tu illi statim contradixisti, esse non ea, sed illa potius quae saepenumero in memoriam nobis spontè reducimus, rectè agentes, vt in memoriam reducta vtraq; discutiantur. Dicis autem, vt videtur, (quod adijciendum puto rectè) praestantius voluptate bonum esse, mentem, scientiam, intelligentiam, artem, & reliqua huiusmodi, & quod capescere potius illa debeamus. Quae utraq; cum in dubium vocata sint omnia haec, quasi ioco minati sumus, non prius te dimissuros, quam huic controuersiae certus finis imponeretur. Tu vero concessisti quidem, teq; ipsum ad id exequendum exposuisti. Nos itaq; dicimus quod pueri solent, q̄ rectè data sunt, auferri non debent. Pone igitur illum disputandi modum nunc quidem. SOC. Quem dicis? PROT. Quo dubitationum scrupulos inijcis, eaq; interrogas, quibus de respondere tibi nunc nemo nostrum idonea saltè potest. Neq; enim belle finita esse disputatio putanda est, qua perplexos oēs nos reddidisti. Atque si minus id nos valeamus, tibi agendum est: pollicitus. n. es. Hoc igitur tu consulta, vtrū voluptatis & sapientiae species distinguenda, an potius dimittenda, an alio quoquam modo queas velis ue, quae nunc inter nos controuersa sunt, aperire. SOC. Nihil igitur metuendum est mihi quidem amplius, postquam haec tu ita dixisti. Nam vbi si velis dicitur, omnis qualibet in re formido fugatur: accedit, quod deorum aliquis memoriam nobis aliquam suppeditasse videtur. PROT. Quo pacto, & quorum memoriam? SOC. Quos olim siue somnians, siue vigilans sermones audiri, nunc de voluptate & sapientia cogito, neutram harum esse bonum, sed tertium aliquid, quod aliud est ab utraque, & ambabus est melius. idq; si nunc nobis liquido pateat, voluptas à victoria procul aberit: bonū quippe idē quod illa nequaquam erit. Sic ne? an aliter? PROT. Sic vtiq;. SOC. Spectebus itaq; voluptatis ad diuisionem haud amplius, vt mea fert opinio, indigebimus, quod in sequentibus clarius innotescet. PROT. Praclare loqris, perge sic obsecro. SOC. Paucula quaedam prius asseueremus. PROT. Quae nā. SOC. Ipsius boni conditionē videlicet, perfectū esse, an imperfectū necesse sit. PROT. Oīum, o Socrates, perfectissimum. SOC. Quid vero, sufficiensne bonū ipsum est? PROT. Quidni? & in hoc ipsum ab omnibus quae sunt, differre necesse est, cunctisq; praestare. SOC. Hoc quoq; de illo maxime, vt arbitror, necessarium est asserere, quod omne cognoscens id ipsum venatur, & appetit apprehendere cupiens, atque ipsum in se, & alia circa ipsum possidere, ceterarumq; nihil curat, praeterquam quae vna cum bonis perficiuntur. PROT. His repugnare non licet. SOC. Consideremus igitur diiudicemusq; voluptatis & sapientiae vitam seorsum inspicientes. PROT. Quo pacto inquis? SOC.

Neq; voluptate, neq; sapientia esse summū bonū, sed tertium.

Conditio et fors boni triplex.

Neq; in voluptatis vita sapientia inest, neq; in sapientia vita voluptas. Oportet. n. si quidem his prius bonū est, nullius amplius indigere: si vero indigum apparet, haud vltius reuera nobis est bonum. PROT. Non certè. SOC. Num volumus in teipso periculum facere? PROT. Prorsus. SOC. Responde igitur. PROT. Dic amabo. SOC. Optaresne, o Protarche, plenam summis voluptatibus omnem vitam agere? PROT. Quidni optem? SOCR. Nunquid alio quopiam indigere te vltra putares, quando perfecta harum possessione fruereris? PROT. Nequaquam. SOC. Aduerte itaq;, num ipsa sapientia indigeres, & intelligentia, & conuenienti ratiocinatione, & alijs quacunq; horum cognata, sed neq; visu? PROT. Et quid? omnia porro haberem, si voluptate fruerer. SOC. Et ita viuens, per omnem vitam praecipuis voluptatibus abundares? PROT. Perfecto. SOC. Si mente, memoria, scientia, opinione vera penitus careas, primò quidem hoc ipsum, gaudeasne, an non gaudeas, te ignorare necesse est, cum sis omni sapientia vacuus. PROT. Necesse. SOC. Et cum memoria sis priuatus, haud sane te aliquando delectatum fuisse recordaberis, nec vlla voluptatis repente incidentis restabit memoria? & opinione vera orbis, dū lataberis, latari te minimè opinabere. Ratione quoq; captus, quod in posterū voluptate aliquam adepturus sis, rōcinari non poteris. Duces autem non hominis vitam, sed pleumonis cuiusdam. i. spongiae marinae, aut ostreae marinae persimilem. Sunt haec vera? an aliter de his sentire licet? PROT. Et quo pacto aliter? SOCR. An vita nobis hmoi expetenda? PROT. Mutum me, o Socrates, praesens ratio: reddidit. SOC. Ne desistamus hic obsecro, sed iam alteram illam, mentis scilicet vitam in medium adducentes, vltius consideremus. PROT. Qualem inquis? SOC. Vtrum alicui viuere sic eligeret, vt sapientiam, mentem, scientiam, memoriam omnem omnium possideret, voluptate vero nulla penitus frueretur, nec rursus afficeretur molestia, sed sine vllō tali affectu viueret? PROT. Neutra ex ijs, o Socrates, vita, aut mihi, aut alteri, vt arbitror, eligenda videtur. SOC. Quid aut, o Protarche, vita ex ambobus in vnu congregentibus mixta, & cōis effecta? PROT. Ex voluptate aut, sapientiaq;, & mente? SOC. Hanc ipsam dico. PROT. Vnusquisq; sanè hanc ipsam potius, quam ex superioribus alterutram eliget: neq; vnus optabit quidem, alius minimè, sed idem omnes pariter expetent. SOC. Videmusne igitur quid ex ijs sequatur? PROT. Prorsus quidē quod tres vitae propositae sunt: ex duabus neutra sufficiens, aut optanda, vel hoībus, vel ceteris aīantibus. SOC. An non circa hac iam id constat, quod neutra ipm bonum possidet? etenim perfecta & non sufficiens esset, & vniuersis plantis, & animantibus exoptanda, quacunq; sic semper viuere possent. Si quis vero ex nobis alia eligat, p̄ter naturam eius quod reuera affectandum est, eliget, neq; id sponte, sed ex ignorantia, vel infelici quadā necessitate. PROT. Haec ita se habere videntur. SOC. Quod ergo Philebi deam haud idem quod ipm bonum existimare oporteat, satis iam dictum esse videtur. PHIL. Sed neq; etiam tua mens, o Socrates, praedictas. n. obiectiones patitur. SOC. Forsitā, o Philebe mea, non tamen verū diuinamq; mentē sic arbitror, sed aliter sese habere. Equidem quod primas in ista communi

Triū vitam, rū quae optima.

Triū vitam, rū quae optima.

Vita

uita mens obtineat, non contendo ego quidem. De secundis vero uidendum est, quid faciamus. forte enim communis uita causam alter nostrum mentem, alter voluptatem asferat, atq; ita bonum ipsum neutrum erit istorum: forte vero alterutrum horum causam esse quispiam censbit. Quo magis ego contra Philebum decertarim, quod hac in promiscua uita quicquid illud denique sit quod uita susceptum expetendam ipsam bonamq; reddat, ei mens ipsa, quam uoluptas cognator est, & similior. Atque ex hac ratione voluptas nec primas, nec secundas etiam partes reuera tenebit: longius autem aberit a tertia sorte, si qua mea menti fides nunc est adhibenda. PROT. Atqui, o Socrates, voluptas iam prostrata uidetur rationibus tuis percussa: nam & spe uictoriae decidit. De mente vero dicendum, quod non sapienter sibi uictoriam uendicaret. Eadem quippe pateretur, uoluptas autem secunda sorte priuata, omnino iam ab eius amatoribus contemneretur: neq; enim aequè pulchra ulterius apparebit. SOC. Quid igitur? nonne dimittere illam praestat, nec exquisita examinatione, redargutioneq; affligere? PROT. Nihil aùs o Socrates. SOC. An quia impossibile quiddam protuli, affligi uoluptatem? PROT. Non ob hoc tantum, uerum etiam quod ignoras nostrum nullum prius abire te dimissurum, quam ad horum finem ratione deuenieris. SOC. O longam Protarche orationem futuram, imò uero futilem propemodum nunc. Videtur enim alijs quibusdam iaculis prater rationes superiores opus esse, si quis palmam menti secundam comparaturus accedat. fortasse uero & hac habemus. Igitur oportet? PROT. Quidni? SOC. Principium itaq; huius ponenter caute et distictè occupemus. PROT. Quale principium dicis? SOC. Oia quae nunc in uniuerso sunt, bifariam distinguamus. Imò si uis trifariam. PROT. Quonam pacto? SOC. Accipiamus nonnulla ex ijs quae nunc a nobis sunt dicta. PROT. Quenam? SOC. Deum dicebamus ex ijs quae sunt, alterum quidem infinitum, alterum uero terminum ostendisse. PROT. Omnino quidem. SOC. Has itaq; species duo illa ponamus: tertium uero, unum ex utrisq; commixtum. Ridiculus tamen uideor admodum, dum per species diuidere, atq; dinumerare ista contendo. PROT. Quid aùs o bone uir? SOC. Quare adhuc genere opus esse constat. PROT. Quonam? SOC. Causam alterna commixtionis istorum considera, eamq; prater tria illa quartum ponito. PROT. Nunquid & quinto insuper indigebis aliquo discernente? SOC. Fortè. non tamen in praesentia, ut arbitror. Sin autem opus fuerit, ignosces mihi quintam uiam sectanti. PROT. Quid obstat? SOC. Principio igitur, quattuor horum tria illa diuidentes, atq; utrunq; duorum in multa diffissum diuisumq; uidentes, mox in unum rursus utrunq; coniungentes, perspicere conemur, quatenus utrunq; horum, uel unum, uel multa sit. PROT. Hac mihi si planius dixeris, assequar fortè. SOC. Duo profectò quae proposita sunt, finitum dico, & infinitum quod autem infinitum multa quodammodo sit, conabor ostendere. finitum uero in posterum differatur. PROT. Differatur. SOC. Attende igitur: arduum nanq; atque maxime dubitandum est, quod considerare te inbeo. Attamen animaduerte. Primum autem circa calidius frigidiusq; considera, utrum terminum aliquem in eis inuenias: an potius magis ac minus dum ijs generibus insunt, finem reiciant, sine nanque adhibito, ipsa

etiam finirentur. PROT. Vera loqueris. SOC. At uero semper in ipso calidiori & frigidiori magis ac minus esse fatemur. PROT. Et maxime quidem. SOC. Semper ergo nobis haec ratio monstrat ab ijs finem abesse: cumq; sine fine sint, omnino infinita fieri. PROT. Prorsus o Socrates. SOC. Euge amice Protarche aduertisti nunc quod hoc ipsum uehementer abs te modo pronunciatum, & ipsum quoque quod remisse dicitur, eandem uim habent quam ipsum magis ipsum uel minus? Vbicunque enim adsunt, non simul magnum esse efficiunt, sed semper uehementius remissiori, & uicissim uehementiori remissius omnibus actionibus inferentia, plus ac minus efficiunt, quantum uero semper obscurant. Nisi enim uehementius illud remissiusq;, item magis & minus, e sede sua, quantum & mensuratum quod uocant depellunt, sed occupari eam sinunt, mox ipsa pelluntur. Neq; enim calidius & frigidius iam amplius sit, si recipit quantum. Diffugiet tum, nec ultra consistet calidius ipsum, & frigidius: quantum uero stat, progrediq; cessat. Quamobrem haec ratione calidius, & frigidius infinita iam esse constat. PROT. Sic apparet o Socrates: ueruntamen ut ipse dixisti, haud facile ista percipi possunt. Fortè uero deinceps iterum reperita, interrogatam pariter & respondentem conspirare inuicem declarabunt. SOC. Bene dicis, atq; ita pro uiribus agendum est, sed intueri primum, num id signum ponamus infinitae naturae, ne singula transcurrentes orationem in logium nimium protrahamus. PROT. Quodnam dicis? SOC. Quaecunq; magis ac minus, uehementer atq; remisse, nimisq; & huiusmodi quadam admittunt, cuncta in unum infiniti genus reducenda sunt, quemadmodum supra diximus, asserentes omnia quae diuidua differant sunt, in unum oportere colligi, secundumq; uim unam, uelut unam quadam naturam signari. Meministi? PROT. Memini. SOC. Quae uero talia quadam minime, sed horum contraria accipiunt omnia, primo quidem aequale ipsum atq; aequalitatem, post aequale et duplum, & singulas inde proportionales quascunq; ad numerum numerus, & ad mensuram mensura habet, haec inquam omnia in genus finiti merito referremus. Quid ais ad haec? PROT. Praclare nimium o Socrates. SOC. Agedum ex utrisque commixtum, quam ideam habere dicemus? PROT. Id mihi tu dices, ut arbitror. SOC. Imò deus, si modo quis deus meas preces exaudiat. PROT. Obscra igitur, & contemplare. SOC. Contemplor sanè. Ac mihi uidetur deorum aliquis nobis amice nunc aspirasse. PROT. Quo pacto id ais? & qua coniectura ueris? SOC. Dicam plane, tu uero attetis auribus adsta. PROT. Dic modo. SOC. Calidiusne aliquid nunc, & frigidius dicebamus? PROT. Certè. SOC. Ade praeterea siccus et humidus, plus ac minus, uelocius atq; tardius, maius et minus: ac denique quocunq; in superioribus ad naturam unam magis minusue susipientem redigimus. PROT. An infiniti naturam inquis? SOC. Eam inquam commisce post haec cum his progenie illa termini. PROT. Quam? SOC. Eam quam cum deceret in unum colligere, quemadmodum illam infiniti colligeramus, nequidem colligimus: at fortè nunc idè ages: his quippe utrisq; conciliatis, illa tertia continuo patet. PROT. Quam dicis et quo? SOC. Aequalis, & dupli progeniem, et quaecunq; diuersa quae sunt, contraria infestaq; esse non sinit, sed commensura-

Signum infinitae naturae.

Quae in genere infiniti.

Quae in genere finiti.

Quid infiniti sit multa

Magis ac minus sine reiciunt, & quantum.

ta et consona reddens, numerum efficit. PROT. Intelligo. dicere namq. mihi videris, si ista miscentur, generationes quasdam ex eorum singulis euenturas. SOC. Et recte videor. PROT. Dic igitur. SOC. Nonne in morbis recta horum communio sanitatis naturam genuit? PROT. Omnino. SOC. In acuto autem etiam & graui, Vt loci & tardo, cum infinita sint, hac & terminum peperit, & perfectionem musica praestitit. PROT. Praeclare. SOC. Quinetiam rigori & aestui tradita, id quod multum & minus, & infinitum dicitur, abstulit, mensuratum autem et commensuratum adhibuit. PROT. Quid ni? SOC. Ex ijs temperies anni, & quaecumq. pulchra sunt, cuncta manarunt, infinitis inuicem finitumq. coeuntibus. PROT. Certè. SOC. Atq. alia insuper innumerabilia praetermitto, veluti cum sanitate pulchritudine atq. robur. In animis quoq. permulta atq. praecleara? petulantia quippe, & uniuersam improbitatem dea hac animaduertens ò bone Philebe, omni termino voluptatum expletionisq. carere, legem & ordinem quibus terminus inest, ijs apposuit, eamq. tu sic infici ac perdi, ego contra seruari dico. tibi vero Protarche, quidnam videtur? PROT. Hac prorsus secundum meam sententiam sunt asserta. SOC. Nonne tria hac iam protuli, modo intelligis. PROT. At intelligere arbitror. Vnum quidem infinitum asseris. Secundum verò eorum quae sunt terminum. At tertium illud quid dicere velis, haud satis teneo. SOC. Multitudo, ò mirificè vir, generationis eius tertium quod est, te stupefecit, quanquam & infinitum multa genera continebat, quae tamen genera ipsius magis minusue signata, Vnum apparuerunt. PROT. Veras narras. SOC. Verum tamen neq. terminus multa continebat, nec indignabamur, quasi non esset unum natura. PROT. Quo enim modo? SOC. Nullo modo. Sed tertium scito me dicere unum hoc quodcumque ex ijs nascitur, generationem videlicet in essentiam, ex mensuris una cum termino constitutis. PROT. Intellexi. SOC. Ceterum quid praeter haec tria, quartum genus sit, discutiendum restat. Communis autem ista disceptatio est. Vide enim an non necessarium tibi videtur, quodcumque gignitur, per aliquam causam gigni? PROT. Mihi plane. Quomodo enim absq. ea fieret? SOC. Et efficiens natura nomine duntaxat à causa differt, efficiensq. & causa vnum merito uocabuntur. PROT. Merito. SOC. Quinetiam factum ac genitum solo nomine discrepabunt. PROT. Certè. SOC. Praecedat quidè atq. ducit natura semper quod efficiens est: quod verò factum est: ab eo genitumq., ipsum sequitur. PROT. Prorsus. SOC. Non ergo idem, sed aliud est causa, & quod ad generationem causa seruit. PROT. Quid prohibet. SOC. An non genita ipsa & ex quibus gignuntur oia tria nobis genera praebuerunt? PROT. Maxime. SOC. Omnium aut istorum opificem quartum ponimus, causamq. vocamus, utpotè aliud quiddam quam illa ad sufficientiam demonstratum. PROT. Ponimus absq. dubio. SOC. Verum iam decet tum quattuor discreta sint, quo melius singulorum meminere, singulatim illa dinumerare. PROT. Vtique. SOC. Primum igitur infinitum dico, secundum terminum, tertium mixtam ex ijs genitamq. essentiam: Postremum mixtionis generationisq. causam, si quartum uocem, nunquid errarem. PROT. Nullo pacto. SOC. Agedum uero quae nobis deinde oratio

Recta horum
communio,
id est, equalis,
vel dupli,
vel ceterorum.
Morbus est
in excessu,
vel cessante
calido, frigido,
humido & sicco.

est? et quid potissimum inquirentes, huc digressi sumus? nonne id erat? Quarebamus nempe Viri secundae tribueretur, Voluptatine, an sapientiae potius. An non ita? PROT. Ita certè. SOC. Postquam ista in hunc modum distinximus, nonne melius iudicabimus cui prima, cuiue secunda victoria palma danda sit, ex ijs quae supra in certamen uenerunt? PROT. Fortè. SOC. Victoricem sanè posuimus, ut tam ex uoluptate & sapientia mixtam. PROT. Imò. SOC. Quali sit, & cuius generis haec vita, quodammodo cernimus. PROT. Cernimus. SOC. Pars nempe tertij generis. Neq. enim ex duobus quibusdam mixtum illud est, sed ex infinitis omnibus termino deuinctis. Quapropter merito uictrix hac vita illius pars erit. PROT. Et rectè ad modum. SOC. Eia Philebe, dulcis illa tua ac simplex uita, ad quod praedictorium genus pertinere iure putabitur? Sic autem mihi prius quam definias, responde. PHIL. Dic modo. SOC. Voluptas ac dolor terminum habent, an potius ex eorum genere sunt, quae magis minusue suscipiunt. PHIL. Ita ex ijs quae magis ò Socrates: neq. enim uoluptas omne bonum esset, nisi suapte natura, & secundum multitudinem, & secundum id quod magis infinita existerent. SOC. At neque etiam dolor ò Philebe, omne malum quamobrem aliud quiddam nunc considerare debemus, quam infiniti naturam, quod Voluptatibus partem boni aliquam praebet. Enimvero ex ijs indeterminatis uita illa tua sit. Sapientiam autem, scientiamq., & mentem, verò potius, ò Protarche atq. Philebe, referemus, ne in pietatem à nobis peccetur? haud. n. mediocre periculum est, rectè secusue quod modo quaesitum est, explicuisse. PHIL. Deum, ò Socrates, tui extollis. SOC. Et tu ò amice, deam tuam. Verum ad id quod quaesitum est, redeundum. PROT. Probè loquitur Socrates ò Philebe. Ideoq. parendum. PHIL. An non ò Protarche, pro me dicturum te promissisti. PROT. Maxime. Nunc autem haesito, & uereor, teque ut esse nobis ò Socrates propheta uelis obsecro, nequid nos tibi circa certatorem aberrantes, praeter melodiam canamus. PHIL. Parendum Protarche, nihil enim difficile iubes. SOC. Equidem Deum reuera, ut Philebus inquit, extollens iocando te turbavi, interrogans cuiusnam generis mens & scientia essent. PROT. Maxime quidè ò Socrates. SOC. Facile tamen: omnes siquidem sapientes ita extollentes sese consentiunt, intellectum esse caeli terraq. nobis regem, ac forte rectè loquuntur. quod si uis, hoc genus diffusius examinemus. PROT. Dic arbitrato tuo, ò Socrates, nihil prolixitatem ueritus, neq. enim molestus eris. SOC. Praeclare loqueris: hinc igitur interrogates, exordiamur. PROT. Vnde? SOC. Vtrū ò Protarche, dicendum est uniuersum hoc agi ab irrationali quadam temerariaq., & fortuita potestate? An contra, quemadmodum maiores nostri senserunt, ordine quodam mentis, & sapientia mirabilis gubernari? PROT. Nulla est comparatio. Nam quod modo dicebas ò Socrates, prophanum mihi videtur: fateri autem mente omnia hac exornari, sententia quadam conspectu mundi solisq., et lunae ceterorumq. siderum, et ois deniq. caelestis circuitus digna est, nec ego unquam de ijs aliter loqui, aut sentire ausim. SOC. Visne igitur quod à priscis assertum est, nos itè confiteamur? haec uidelicet ita sese habere, nec modo putemus alia sine periculo proferri non posse, ueruetiam unà cū illis uituperationis periculum subeamus, siquando

Genitum non
est mixtum
ex duobus
quibusdam,
sed ex infi-
nito & ter-
mino duo-
bus constat.

Quod uolus
tas & dor-
lor sit in ge-
nere mixta-
torum.
Neq. uolus
tas omne
bonum, neque
dolor omne
malum.

Intellectus
esse caeli ac
terrae regi.

si quando uir aliquis durus ac uehemens, ista nō sic, sed si
 ne ordine ferri contenderit? PRO. Quidni uelim? SOC.
 Age igitur, quod sequitur contēplare. PRO. Dic iam.
 SOC. Quae circa corporū uiuentium sunt, ignem, aquā, spi-
 ritum, atq; terram in compositione inesse conspiciamus, sed
 fluctuātium, ut aiunt, instur. PRO. Et maxime qui-
 dem: in ijs enim sermonibus reuera propter ambiguitatē
 fluctuāuis. SOC. Ergo de unoquoque eorum quae circa
 nos sunt, id accipe. PRO. Quānam. SOC. Quod unum
 quodque horum apud nos exiguum ac uile, nec ullo modo
 sincerum & integrum, nec vim natura sua dignam fe-
 rens: quod quide in uno animaduertens, de reliquis oībus
 idem existimato. Velut ignis, est quidem apud nos, est
 etiam in uniuerso. PRO. Est. SOC. Nonne ignis hic
 noster exiguus, imbecillus, & uilis, seu qui uniuersi
 proprius quantitate mirandus & pulchritudine, et omni
 quae ad ignem pertinet, potestate? PRO. Vera nimum
 loqueris. SOC. An uerō sit, alitur, ducitur ab igni no-
 stro mundi totius ignis, uel contrā, & meus & tuus,
 & animantium reliquorum omnis ab illo? PRO. Hac
 responsione digna non sunt. SOC. Rectē eadem quoque de
 animalum ac mundi terra dices, & de alijs omnibus
 quae supra quae suimus, similiter responderes. PRO.
 Quisnam respōdens aliter, sanē mentis astimetur? SOC.
 Nemo forsitan, sed iam ad reliqua. Omnia quippe nunc
 dicta in unum composita contuentes, corpus appellamus.
 PRO. Quid ni? SOC. Idem quoque de hoc, quem mun-
 dum dicimus, accipe. Eadem siquidē ratione corpus est,
 ex eisdem compositū. PRO. Rectē loqueris. SOC. Vtrū
 ex hoc corpore nostrum corpus oīno, uel contrā ex nostro
 ipsum nutritur, & quacunque paulō antē memori-
 mus, suscepit & habet? PRO. Neq; hoc etiam alterū,
 o Socrates, in quaestionem cadere debet. SOC. Sed alter-
 rum? debetne an non? PRO. Dic quod. SOC. Nostrū
 corpus animam habere fatebimur? PRO. Cōstat. SOC.
 Vnde nam, o amice Protarche, suscepit, nisi mundi cor-
 pus, quod eadem quae & nostrum ac etiam praestantiora
 continet, animam habeat? PRO. Aliunde nequaquā.
 SOC. Neque, n. existimandū o Protarche, quattuor illa,
 terminum, infinitum, mixtū, et causa genus in ijs quar-
 tū cunctis existens, quod ijs quidem quae apud nos sunt,
 animam corpusq; praebet, dum imprimit umbram, labe-
 factatq; corpore, remedia parat, & in alijs alia consti-
 tuit atq; restituit, oēm atque integram sapientiam uoci-
 tari: cumq; eadē hac uniuerso caelo eiusq; partibus am-
 plioribus illis insint, quae puriores praestantioresq; existūt,
 in eis tamen praclarissimorum praeciosissimorumq; natu-
 ram minime reperiri? PRO. Nullam profecto rōnem
 id haberet. SOC. Quamobrem rōnem illam ulterius pro-
 sequentes licebit asserere ea quae saepenumero diximus, in
 finitū prorsus in hoc uniuerso consistere, sufficientemq;
 terminū causamq; illis haud ignobilem semper adesse or-
 nantem disponentemq; horas & menses & annos, men-
 tem, & sapientiam merito nuncupatam. PRO. Me-
 rito. SOC. Sapientia uerō atq; mens, absq; anima nun-
 quam sunt. PRO. Nunquam certē. SOC. Ergo in Io-
 uis ipsius natura regiam animam, regiamq; mentem in-
 esse propter vim causa confiteberis, & in alijs item alia
 pulchra, ut illorū cuique dici placet. PRO. Maximē.
 SOC. Praecedentem o Protarche sermonem nequaquam te

mere inductum putes: his enim qui olim mentem omni
 mundo praesidere ostenderunt, adminicula praebet. PRO.
 Praebet sanē. SOC. Mea uerō petitioni responsum porri-
 git, quod mens est progenies quedam eius causa, quae cau-
 sa dicitur oīum, quaeq; est ex quattuor his quae sunt rela-
 ta, unū quiddam. habes iam igitur nostram exposicio-
 nem. PRO. Habeo, & sufficienter quidem. quanquā
 cum antea idem responderis, non intellexi. SOC. Remis-
 sio quaedā studij o Protarche, saepenumero iocus est. PRO.
 Praclare loqueris. SOC. Nunc igitur o amice, in quo ge-
 nere sit, quānue habeat vim, satis propemodum mon-
 stratum est. PRO. Oīno. SOC. Quinetiam volupta-
 tis genus iam pridem patuit. PRO. Nimirum. SOC.
 Reminiscamur iam & horū circa utraq; quod mens qui-
 dem causa cognata, eiusdemq; cū illa generis ferme erat,
 voluptas aut infinita, eiusq; generis quod nec principū,
 nec medium, neque finem in seipso suapte natura cōtinet,
 aut aliquando continebit. PRO. Quidni reminisca-
 mur? SOC. Oportet itaq; posthac in quo horum utrunque
 consistit, & propter quam passionem sit quoties sit, ad-
 uertere. Vtq; voluptatis primo genus ipsum inuestigau-
 mus, sic & ista circa illā primo nunc inquiremus. Secor-
 sum tamen a dolore voluptatem sufficienter examinare
 non possumus. PRO. Si hac gradiendum est, hac uer-
 que gradiamur. SOC. Num igitur idem tibi quod mihi
 de horum generatione uidetur? PRO. Quid istud?
 SOC. Cōmuni eodemq; in genere secundum naturam do-
 lor & voluptas esse uidentur. PRO. Hoc cōmune ge-
 nus amice Socrates, ostende obsecro, quidnam ex ijs quae
 supra distincta sunt, intelligi uelis. SOC. Pro uiribus
 o mirifice uir, id agam. PRO. Benē inquis. SOC.
 Cōmune igitur intelligamus, quod ex quattuor tertium
 numerauimus. PRO. An quod post infinitum fini-
 tumq; locasti, in quo sanitatem & harmoniam, ut arbi-
 tror, collocasti? SOC. Rectē dicis, sed nunc maximē mē-
 tem adhibe. PRO. Dic igitur. SOC. Harmonia soluta
 in animantibus, unā natura solutionem generationemq;
 dolorum eo in tempore fieri dico. PRO. Consentaneum.
 SOC. Rursus harmonia temperata, & in sui natu-
 ram protinus restituta, voluptatem fieri dicendū est, si
 modo res maximē uerbis paucis concludenda sunt. PRO.
 Reor equidē te rectē o Socrates dicere: clarius tamen ex-
 primere eadē adnitendū. SOC. An non uulgaria, et no-
 tissima cognita facilia sunt? PRO. Quānam ista? SOC.
 Fames quidē solutio est, atq; molestia. PRO. Est. SOC.
 Comestio uerō repletio atq; voluptas. PRO. Ita. SOC.
 Sitis iterum corruptio solutioq; & dolor. Vis autē humore
 quod arefactū est reficiens, voluptas est. Discretio insu-
 per, & dissolutio praeter naturam aestu quodā effecta mo-
 lestia. At secundū naturam restitutio refrigeratioq;, uolu-
 ptas. PRO. Prorsus. SOC. Cōcretio quoz humoris pra-
 ter animalis naturā frigore facta, dolor. Contrā humi-
 do liquefcente, & in suā redeunte naturam, reditus iste
 voluptas. Ac summam cōsidera, num toleranda tibi
 haec oratio uideatur. Quoties corrūpitur animata species
 ex infinito & termino secundū naturam, ut diximus,
 genita, eiusmodi corruptio dolor est. Cū uero hac in essen-
 tiā suam resluunt, regressum hunc dicimus voluptatem.
 PRO. Esto. uidetur. n. hoc mihi admodū uerisimile. SOC.
 Hanc unā itaq; voluptatis, et doloris speciem in ijs passio-

Elenctorū
 apud nos ui-
 litas.

Iocus saepe
 numero re-
 missio su-
 dy est.

nibus utrisq; ponamus. PROT. Ponatur. SOC. Pone deinceps expectationem harum in anima passionum. Expectationem inquam quæ uoluptaria antecedit, sperantem, gaudentem, atq; suauem: quæ uero molesta, formidolosam ac mæstam. PROT. Est igitur hæc uoluptatis & doloris specie alia, seorsum à corporea, solius animæ expectatione profecta. SOC. Rectè accepisti. In ijs utique ut mea fert opinio, utrisq; synceris existentibus, nec mixtis, uoluptate uidelicet atq; dolore, liquido discernemus num uoluptatis uniuersum genus amandum sit, an hoc potius alteri cuiquam ex ante dictis attribendum: uoluptati uero atq; dolori, ceu calido, & frigido, ceterisq; talibus, competat ut interdum amanda sint, alias non amanda: utpote quæ bona minimè sint, sed quandoq; certum aliquid suscipientia, naturam boni sequantur. PROT. Rectè ais oportere sic recedere qui talia perscrutatur. SOC. Primum igitur id inspiciamus, si uerum est quod dicebatur, destructis illis dolorem, respectis uoluptatem sequi: cum neq; deperduntur, neque etiam recreantur, quam potissimum habitudinem tunc animalibus tribuere debeamus. Intentus itaq; animo mihi responde, num tibi necessarium uideatur quodlibet animal eo ipso in tempore nullo modo uel latari uel angere. PROT. Necessarium certè. SOC. Est ergò status hic tertius præter mærentis & gaudentis affectum. PROT. Est profectò. SOC. Agedum huius meminisse conare. ad iudicandum si quidem uoluptatem, reminisci uel non permultum refert, breuibus tamè aliquid de ipsa si uis perstringamus. PROT. Dicis ergò, quid istud? SOC. Eum qui cõtemplationis uitæ eligit, nihil ita uiuere prohibet. PROT. Seorsum à letitia, & molestia dicis? SOC. Dictum enim in cuiusq; uita comparatione uirum cõtemplationi deditum nihil uel la ex parte uel gaudere uel angere. PROT. Omnino sic dictum. SOC. Nonne sic illi conuenit? Ac forte nil mirum esset, si uita hæc ceterarum uirum diuinissima sit. PROT. An absurdum est deos gaudere uel contra tristari? SOC. Absurdum omnino. Indecens enim utrunq; est. Ac hoc deinceps inuestigemus, siquid ad hanc disputationem conferat: ac menti ad secundas uictoriae sortes, si minus ad primas licet accommodemus. PROT. Rectè loqueris. SOC. Atqui alia species uoluptatum, quam animæ propriam assignauimus, memoria constat. PROT. Quo pacto. SOC. Primum quid memoria sit accipiendum uidetur: imò antè eam quid sensus, si planius hæc elucidari uelimus. PROT. Quo pacto inquis? SOC. Ponè ex omnibus corporis passionibus quasdam in corpore prius extinguitas, quam in animam transfluant, passione uacuum dimittentes: alias per utrunq; diffusas et quandam quasi concussione, tam propriam, quam cõmunem utriq; pariter inferentes. PROT. Ponantur. SOC. Et passionem per utrunq; minime propagatas si latere dixerimus animam, & per utrunque manantes innotescere animæ, an rectè dicemus? PROT. Certè. SOC. Ipsum ergò latere nullo modo ut dicere uideor, obliuionis generationem esse existimes. Est enim obliuio memoriæ exitus. Ea uero in ijs quæ modo dicebantur, nondum erat. Eius aut quod nec est nec fuit, iacturam fieri aliquam absurdum. PROT. Absurdum. SOC. Nomina ergò duntaxat permuta. PROT. Quomodo? SOC. Pro eo quod latere animam, diximus, quando absque passione corporei tumultus existit,

Vita contē
platina di-
uiniſſima.
Deos nec læ-
tari nec tri-
stari.

quam nunc obliuionem uocare uideris, insensationem, ut ita loquar, potius nominato. PROT. Teneo. SOC. Motum autem in cõmuni corporis & animæ passione factum si sensum uocaueris, haud ab re nominabis. PROT. Vera loqueris. SOC. An non percipimus iam quid sensum uocari uelimus? PROT. Percipimus. SOC. Sensus præterea conseruationem rectè quis memoriæ meæ sententia nuncupabit. PROT. Rectè nimium. SOC. Et à memoriæ reminiscentiâ discrepare fatemur, necne? PROT. Fortè. SOC. An non in hoc præcipue? PROT. Quoniam? SOC. Quoties quæ cū corpore passa est aliquando anima, eadem sine corpore in seipsa resumens animaduertit, tunc meminisse eam asserimus, an non? PROT. Valde quidem. SOC. Quinetiam quando memoriæ passa iacturâ, deinde uel sensu, uel disciplina monente eam iterum reuocat in seipsa, reminisci putatur. Atq; hæc iam memoriæ reminiscentiâq; uocamus. PROT. Probè loqueris. SOC. Cuius aut gratia hæc dicta sunt omnia, hoc est. PROT. Quidnam? SOC. Ne animæ uoluptatem absque corpore quam maxime atq; perspicue capiamus, atq; uia concupiscentiam. per hæc enim utraq; ista declarata uidentur. PROT. Pergamus iam ad reliqua Socrates. SOC. Multa considerare decet, uoluptatis originem oemq; formam eius inuestigantes. Et nunc quidè primo uidentur quid est, & unde nascitur concupiscentia. PROT. Videamus iam obsecro. Nihil enim amittemus. SOC. Imò à Protarche cū quod modo querebamus, inuenerimus, amittemus aliquid circa ista, uidelicet dubitationem. PROT. Quam belle uicem reddidisti. at iam qua sequuntur expediamus. SOC. Nonne famem atq; sitim, et huiusmodi multa, concupiscentias quasdam esse diximus? PROT. Maxime. SOC. Ad quidnam idem respicientes res adeò diuersas uno nomine nuncupamus? PROT. Per Ionè haud facile dictum, à Socrates. dicendum tamen. SOC. Ab eisdem uersus exordiamur. PROT. Quibus? SOC. Dicimusne sitire aliquem? PROT. Dicimus. SOC. Hoc aut est exhaustum esse. PROT. Quidni? SOC. Et sitis concupiscentia est? PROT. Est. SOC. Potionisne? PROT. Potionis. SOC. An non repletionis potus? PROT. Huius certe. SOC. Vacuus igitur, & exhaustus cõtraria eorum quæ patitur appetit. Nam cum uacuum sit, impleri cupit. PROT. Manifestum est omnino. SOC. Quid ergò? qui primo exhaustus est, num potest uel sensu uel memoria quadam eius repletionem attingere, quod nec presenti in tempore, nec aliquando passus est? PROT. Nullo modo. SOC. Sed eum qui cupit, aliquid cupere confitemur. PROT. Quidni? SOC. Haud ergò quod patitur appetit. Sitit enim. sitis autem indigentia est, is tamen repletionem affectat. PROT. Ita. SOC. Aliquid igitur eius quod appetit expletionem attinget. PROT. Neesse. SOC. Corpus quidem nequit. nam exhaustum est. PROT. Certè. SOC. Restat ut anima repletionem per memoriæ consequatur. PROT. Patet. SOC. Nam quo alio consequeretur? PROT. Nullo ferme. SOC. An aduertimus quid nobis ex his rationibus efficiatur? PROT. Quid istud? SOC. Corporis cupiditate esse ratio hæc non dicitur. PROT. Quo pacto? SOC. Quoniã in omni animali, conatum animantis passionibus contrarium cupiditas ostendit. PROT. Penitus. SOC. Impetus autè in contraria quam passionem trahens

Memoria.

Passio est
corporis, uis
autem cupi-
ditas.

Sitire non
corporis, sed
siccitatis est.

memor

memoriam contrariam passionibus innuit. PROT. Omni-
 no. SOC. Ratio itaq; ostendens memoriam ad concupit a
 rapientem anima omnem impetum, & cupidinem, prin-
 cipatumq; omnis uiuentis tribuit. PROT. Recte nimirum.
 SOC. Sicut igitur vel esurire corpus nostrum, aut ali-
 quid eiusmodi pati, nequaquam ratio hac admittit. PROT.
 Vera loqueris. SOC. Hoc praterea circa ista considerabi-
 mus, quod hac ratio quandam uitae speciem in ijs demon-
 strare uelle uidetur. PRO. In quibus? & de qua uita lo-
 queris. SOC. In replendo inquam, & euacuando, &
 omnibus qua ad salutem siue perniciem animalium atti-
 net. Et si quis nostrum in alterutro constitutus affligit-
 tur, tunc secundum mutationes latatur. PRO. Sic est.
 SOC. Quid, quoties in horum medio permanet. PRO.
 Quomodo in medio? SOC. Ob passionem quippe tristatur,
 sed uoluptatum interim prateritarum meminisse: cessat
 quidem tristitia, nondum tamen impletur: quid tunc di-
 cendum? nonne in medio passionum esse? PRO. Dicen-
 dum. SOC. Utrum dolentem omnino uel contra gauden-
 tem? PRO. Non gaudentem per Iouem, sed dupla potius
 affectum tristitia, secundum corpus in passione, secundum
 animam in expectationis ardore. SOC. Quonam modo Pro-
 tarche dolorem duplum aiebas? Nonne Vacuus quispiam
 certam aliquando repletionem sperat, aliquando contra
 desperat. PROT. Maxime. SOC. Num dum affligi
 sperat, ipsa recordatione gaudere uidetur? simulq; Va-
 cuus eo in tempore cruciari? PRO. Necessesse. SOC. Tunc
 igitur & homo & animalia reliqua, latantur simul ac
 merent. PRO. Apparet. SOC. At cum Vacuus ali-
 quis expletionem omnino desperat, nonne tunc passio du-
 plex circa dolores exoritur, quam ipse paulo ante intui-
 tus, simpliciter dupla opinabaris? PRO. Vera hac sunt.
 SOC. Hac talium passionum disceptatione ad id utamur.
 PRO. Ad quid ais? SOC. Utrum voluptates has atq; mo-
 lestias ueras, an falsas, an partim ueras, partim falsas
 dicere debeamus? PROT. Quo pacto, o Socrates, Volu-
 ptates atq; molestias falsas esse possunt. SOC. Quo etiam
 o Protarche timores ueri uel falsi? aut expectationes ue-
 ra seu minime uera? aut opiniones uera uel falsa?
 PROT. Opiniones equidem confiterer: sed hac reliqua mi-
 nimè. SOC. Quid ais? disputatione tamen haud breuem
 inceptare uidemur. PROT. Verra narraas. SOC. At si
 praecedentibus sit conueniens o Viri illius filii consideran-
 dum est. PROT. Istud forte. SOC. Omne igitur super-
 uacuum, & quicquid prater propositum est, dimittendū.
 PROT. Recte. SOC. Dic itaque. continua nempè me
 admiratio tenet semper circa eas quas nunc induximus
 quaestiones. PROT. Quo pacto inquis? SOC. An non
 sunt ex voluptatum numero falsae aliae, aliae uerae? PRO.
 Vis dicam? SOC. Neq; reuera igitur, neq; falso, uel la-
 tari, cū non latetur, uel tristari, cū non tristetur, aut
 furentum, aut insanorum dicitur quisquam? PROT.
 Haec omnia sic se habere o Socrates oēs suspicamur. SOC.
 Nū recte? an forte differendum est, recte ne uel non ista
 dicantur? PROT. Differendum quidem mea sententia.
 SOC. Distinguiamus igitur euidentius, quod modo de uo-
 luptate atque opinione dictum est. Est ne aliquid apud
 homines, opinari? PROT. Est. SOC. Et latari? PRO.
 Et latari. SOC. Quin & quod opinamur aliquid est?
 PROT. Cur non? SOC. Et hoc quo gaudemus. PRO.

Et hoc. SOC. Qui opinatur, siue recte seu non recte opi-
 netur, ipsum tamen quod reuera est opinari, non perdit.
 PROT. Quo enim modo? SOC. Gaudens etiam, siue re-
 ctè gaudeat, siue non, ipsum tamen quod reuera gaude-
 re est, haud amittit. PRO. Imò & haec ita se habent.
 SOC. Quo igitur pacto opinio uera, & falsa fit, Volu-
 ptas solūmodo uera, cum tamen opinari uere atq; latari
 utraque similiter acceperit? PROT. Considerandum
 hoc est. SOC. Nunquid ex eo quod opinioni uerum, &
 falsum indita sunt? nec solum ob hac opinio facta est,
 sed qualis quaedam opinio utraque? Hocne considerandū
 inquis? PROT. Ita. SOC. Praterea inuestigandum est,
 an voluptas, & dolor ea ipsa duntaxat qua sunt perma-
 neant, nunquā uero qualia quaedam efficiantur. PROT.
 Patet. SOC. Uerum haudquaquam difficile est, quod
 qualia quaedā fiant inspicere. Tampridem concessimus Vo-
 luptates atq; molestias, magnas, & paruas, uehemen-
 tes, remissasq; fieri. PROT. Concessimus. SOC. Quod
 si cui ex his prauitas adijciatur, ut prauam opinionem,
 ita & prauam voluptatem effici consitebimur. PRO.
 Quid prohibet? SOC. Quid si rectitudo uel contrarium
 rectitudinis horum cuiquam admoueatur, num rectam
 opinionem qua rectitudinem subijt, ac voluptatem simili-
 ter appellabimus? PROT. Necessario sequitur. SOC.
 Et si quod opinione comprehenditur sit fallax, nonne opi-
 nione falsam potius quam rectam uocabimus? PROT.
 Imò. SOC. Item si voluptatem uel dolorem circa id quo
 gaudemus uel angimur, aberrare cernamus, num recte
 aut bonam voluptatem dicimus, aut aliquo praclaro no-
 mine honorabimus? PROT. At id fieri nequit, si qui-
 dem voluptas ipsa delinquat. SOC. Veruntamen saepe-
 numero nobis uoluptas ex opinione falsa exoritur. PRO.
 Proculdubio. attamen opinionem o Socrates eiusmodi
 falsam dicimus, voluptatem uero ipsam nemo utique
 falsam denominaret. SOC. Promptè nimirum, o Pro-
 tarche, voluptatis rationem in praesentia tueris. PRO.
 Minimè, uerū qua audio loquor. SOC. Nihilne, o ami-
 ce, apud nos differt voluptas ab opinione recta scientiaq;
 proficiens, ab ea qua falsam opinionem, & ignoran-
 tiam sequitur? PROT. Consentaneum est haud breui
 quodam intervallo distare. SOC. Uerum ad hanc ip-
 sam distantiam perscrutandam deueniamus. PRO.
 Duc age qua lubet. SOC. Ecce haec te duco. PROT.
 Quanam? SOC. Opinio quaedam uera est, quaedam
 falsa. PROT. Esto. SOC. Has saepenumero voluptas
 dotorq; sequitur. PROT. Sequitur. SOC. An non ex
 sensu ac memoria in nobis opinio nascitur, & ipsum opi-
 nari posse? PROT. Praecipue. SOC. Nonne sic circa haec
 nos habere putandum? PROT. Quomodo? SOC. Ut fa-
 teare hominem nonnunquam procul aliqua confuse cer-
 nentem, cupere clarius qua cernit discernere? PROT. Fa-
 teor equidem. SOC. Is igitur sic à seipso quodammodo
 sciscitabitur. PROT. Quo pacto inquis? SOC. Quid-
 nam illud est quod iuxta saxum sub arbore procul ap-
 pareret? An hac ille proferre secum tibi uidetur, dum
 eiusmodi quaedam aspicit, cuiusmodi sibi quandoque ap-
 paruerunt? PROT. Quidni? SOC. Deinde ueluti si-
 bi ipsi respondens, homo est, inquit, tanquam rem iam
 affecturus. PROT. Nimirum. SOC. Rursus forte mu-
 tata sententia opus quoddam à pastoribus fabricatum
 f ij esse

Ex sensu, et
 memoria fit
 hic opinio.

esse asserit. PROT. Maxime. SOC. Hic si quis ad sit, eadem qua animo secum ipse uoluitabat in uocem fundens, rursus presenti diceret, ac sermo tunc fieret, quod ante opinionem vocabamus. PROT. Manifestum. SOC. At si solius sit, hoc idem secum ipse repetens, & diu quandoque in seipso seruans procedit. PROT. Prorsus. SOC. Quid ergo: idemne tu hic, quod ego, sentis. PROT. Quid istud? SOC. Videtur mihi tunc hominis anima libro cuidam per similis. PRO. Qua ratione. SOC. Memoria in idem cum sensibus incidens, & illa qua circa ista passiones sunt, uerba quadam in anima quodammodo inscribere mihi uidentur: cumque uera conscribunt, passionem huiusmodi ueram opinionem dicimus, & orationes in nobis uera ab hoc ipso proficiscuntur. At cum scriba hic noster falsa scribit, contraria ueris eueniunt. PRO. Omnino ita mihi uidentur, & ea qua dicta sunt, libenter accipio. SOC. Accipe alium eorum qua tunc sunt in animis nostris opificem. PROT. Quem? SOC. Pictorem, qui post ipsum scriptorem, dictorum imagines in anima pingit. PROT. Quomodo huc, & quando id agere dicendum? SOC. Quando ab aspectu siue alio sensu dicta, & opinione percepta quis educens, dictorum, & opinione preceptorum imagines in seipso quodammodo conuertitur. an hoc in nobis efficitur. PROT. Vehementer. SOC. Nonne uerarum opinionum sermonumque imagines uera, falsae uero falsorum? PROT. Omnino. SOC. Si modo recte hac diximus, hoc in ijs praeterea cogitemus. PROT. Quid hoc? SOC. Utrum circa praesentia atque praeterita hoc nobis accidere necesse sit, circa futura nequaquam? PROT. Eadem ratione circa tempora omnia. SOC. Nonne uoluptates atque molestiae ipsius animae propriae in superioribus dictae sunt uoluptates & dolores corporis antecedere? proptereaque & praegaudere & praedolere nos ob futura contingit. PROT. Vera narras. SOC. Utrum inscriptiones atque picturae quas paulo ante nobis imitari uolebamus, ad praesens praeteritumue respiciunt, ad posterum minime. PROT. Ad omnia. SOC. Num id circa ijs assentiri, quod hac omnia spes quaedam ad futurum tempus existant, nosque per omnem uitam perpetua spe nutrimur? PROT. Prorsus. SOC. Age ad hoc praeter illa responde. PROT. Quid rogas. SOC. Vir iustus & pius & probus, nonne Deo amicus est? PROT. Quid ni? SOC. Iniustus & improbus contra se habet. PROT. Contra. SOC. Plurima tamen, ut dicebamus, unusquisque spe ducitur. PROT. Sane. SOC. Sermones sunt in unoquoque nostrum, quas spes nominauimus. PROT. Insunt. SOC. Quinetiam phantasmata. picta nam cuique licet fingere se cumulum auri maximum possidere, oblectamentisque uarijs abundantem omni suauitate perfundi. PROT. Nil prohibet. SOC. Num dicendum interna haec scripta bonis uiris, quia Deo amici sunt, uera saepe euadere, malis saepenumero contra? PROT. Dicendum certe. SOC. Et malis uiris oblectationes nihilominus adsunt saepe conficta, ac denique falsa. PROT. Quid ni adsint? SOC. Falsis igitur uoluptatibus prauis ut plurimum gestiant, boni homines ueris aluntur. PROT. Necessarium penitus. SOC. Insunt ergo secundum hanc rationem falsa quaedam animis hominum uoluptates, imitantes tamen ueras, sed ridicule, ac dolores eodem pacto. PROT. Insunt utique. SOC. An licebat sic opinanti omnino, qua

Anima libro & tabula rase similis.

Voluptas & tristitia que propria animae est, uoluptates, & dolores corporis praecedunt.

Concluditur inesse ueras et falsas uoluptates & dolores.

nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, in seipso formare? PRO. Licebat. SOC. Atque haec erant qua tunc opinionem falsam, & opinari falso efficiebant. An non? PROT. Erant. SOC. Nonne in illis uendendus est habitus aliquis uoluptatibus molestisque contra respondens? PROT. Quo modo? SOC. Quod liceat alicui reuera letari, quoquo modo uel temere etiam gestienti, non tamen ut ea qua propter letatur, uel sint, uel fuerit ante: plerumque etiam letari in ijs qua nunquam euenient. PROT. Hac quoque, o Socrates, necessaria sunt. SOC. Et eadem ratio de timoribus & cupidinibus, ceterisque huiusmodi, saepe scilicet illa falsa existere. PRO. Eadem profecto. SOC. Num opiniones ob aliud bonas uel prauas, quam quod uera uel falsa sint, appellamus? PROT. Ob hoc ipsum. SOC. Nec uoluptates malas ob aliud, quam quia falsa? PROT. Omnino, o Socrates, contrarium protulisti. Nam & uoluptates & molestias propter solum falsum malas esse haudquaquam asserere decet, qua in maximas ac multiplices insuper prauitates frequentes impingunt. SOC. Malas uoluptates qua propter prauitatem male sunt, paulo post, si placuerit, referemus: falsas autem insuper alio modo, tum saepe, tum multas in nobis & esse, & fieri, dicendum est: hoc enim ad iudicandum fortasse nobis confert. PROT. Quidni? modo sint. SOC. Atqui, o Protagora, mea sententia, sunt. Hoc autem dogma quantumdiu illa apud nos manet, a redargutione tutum esse, impossibile est. PROT. Probe. SOC. Aggrediamur iterum athletarum more hanc disputationem. PROT. Aggrediamur. SOC. In superioribus diximus, si quidem meminimus, cupiditates (qua sic uocantur) quantisper seorsim nobis inessent, tunc corpus passionibus absque anima passione occupari. PROT. Recordamur, dictaque haec proculdubio sunt. SOC. Nonne cupiebat anima contrarium corporis habitum. Receptaculum autem doloris et uoluptatis qua passione fit, erat corpus? PROT. Erat. SOC. Collige quod ex his sequitur. PROT. Dic. SOC. Quoties ista concurrunt, congregiuntur quoque uoluptates atque dolores, eorumque sensus, qua contraria sunt: quod profecto nunc patuit. PROT. Apparet. SOC. Hoc quoque nonne inter nos conuenit? PROT. Quidnam? SOC. Utrumque magis minusue suscipere, uoluptatem pariter atque dolorem, & ad genus infiniti referri. PROT. Conuenit certe. SOC. Quaedam igitur uia horum recte iudicandorum nobis adest. PROT. Ubinam, & quomodo. SOC. Nonne propositum in hoc iudicio nobis est passim dignoscere, qua nam ex his maior, qua minor, qua magis, quo intensior uoluptas, scilicet ad molestiam, & ad molestiam molestia, ac uoluptas iterum ad uoluptatem? PROT. Hac quidem talia sunt, & istud iudicij nostri propositum. SOC. Quid uero in aspectu, eminens aut comminus magnitudinis inspicere, ueritatem obscurat, falsaque opinari compellit: in doloribus autem & uoluptatibus idem minime fit? PROT. Multo magis o Socrates. SOC. Id uique illi quod paulo ante narratum fuit, contrarium est. PRO. Quid ais? SOC. Tunc enim opiniones haec, falsa uereque effecta passione sua dolores uera & uoluptates prorsus implebant. PROT. Vera narras. SOC. Nunc autem haec ex eo quod passim transmutare eminens comminus uideantur, & ad se inuicem comparantur, uoluptates quidem ad dolores, maiores uehementioresque uidentur

Videntur, & dolores rursus ad voluptates contrā.
 PROT. Talia quadam necesse est ob eas causas fieri.
 SOC. Quod si quanto utraque maiora vel minora quam
 reuera sint, apparent, tantundem ipse ademeris, non
 ne id quod cum apparet quidem utrunque, non tamen
 fit, neq; recte apparere dices, neq; unquam eiusmodi vo-
 luptatis vel molestia portiones rectas aut veras audebis
 asserere? PROT. Sic est. SOC. Post hac igitur inspicia-
 mus, num hac rōne occurramus, voluptates scilicet atq;
 molestias falsas multo magis quam ista sint quae vel ap-
 parent in iuuentibus vel existunt. PROT. Quales dices,
 & quō? SOC. Dicitur est saepenumero, quod quorūlibet
 natura concretionibus vel discretionibus, repletionibus
 vel euacuationibus, incrementis vel decrementis corrup-
 ta, dolores, molestia, cruciatus, cateraq; id genus ex-
 oriuntur. PROT. Saepē iam dictum. SOC. At cum in
 naturā suam restituuntur, restitutionē talem voluptatē
 circa nos posuimus. PROT. Probē. SOC. Quid autē cum
 circa nostrum corpus horum nihil accidit? PROT. At
 quando id contingit, o Socrates? SOC. Nihil ad rem, o
 Protarche, ista tua petitio. PROT. Cūnam? SOCR.
 Quia nihil impedit me, quin quod antē rogaueram, rur-
 sus te rogem. PROT. Quid illud? SOCR. Nisi fieri, o
 Protarche, tale quid dicam, quid necesse est ex hoc nobis
 contingere? PROT. An id dices, videlicet corpore in neu-
 tram partem exagitato? SOC. Id ipsum. PROT. Con-
 stat, o Socrates, neq; voluptatē neq; dolorē corpore in tēpore
 percipi. SOC. Recte nimium respondisti. Verūm ut ar-
 bitror id sentis, quod necesse sit ex ijs vniū aliquid semper
 nobis accidere, quemadmodū sapientes tradunt. cuncta
 quippe sursum deorsūmve ingiter fluunt. PROT. Ferūt
 sanē. nec malē loqui videntur. SOCR. Quō. n. malē?
 cum mali minime fuerint. Verūm impendentem sermo-
 nem euitare volo, hac autem fugere cogito, tuq; vna me-
 cum fugito. PROT. Dic quā? SOC. Ista sanē sic se ha-
 bere ijs concedamus. Tu verō responde: Vtrum quicquid
 unquam patitur animal, idem & sentiat patiendo, neq;
 dum crescimus, nos ipsos lateamus, neq; dum aliquid a-
 liud hmoi patimur? an contrā omnino? fermē. n. talia
 quadam vniuersa nos fugiunt. PROT. Contrā oīno.
 SOC. Haud igitur recte dictum est a nobis quod modō
 diximus, mutationes sursum deorsūmve factas, volupta-
 tes & dolores inferre. PROT. Quid igitur? SOC. Sic
 autē rectius ac tutius dicere licet. PROT. Quō? SOCR.
 Mutationes quidē magna voluptates doloresq; afferunt:
 mediocres autē & exiguae, minime. PROT. Rectius isto
 modō quā illo, o Socrates, dicitur. SOC. Enimvero si
 ista sic se habent, mox vita in superioribus narrata redi-
 bit. PROT. Quā nam? SOC. Quā absq; mērore & la-
 titia ponebamus. PROT. Vera loqueris. SOC. Ex ijs tri-
 plicem vitam ponamus, suauē, tristē, neutrā. An tu
 aliud sentis? PROT. Haud aliter quā ita, triplicē vi-
 delicet vitā esse. SOC. Nō igitur idē erit non dolere quod
 & latari. PROT. Nequaquā. SOC. Quoties ergo au-
 dis oīum dulcissimum esse vniuersam vitam sine mēro-
 re transigere, quid tunc sibi velle id dicentem existimas?
 PROT. Dulce esse, significare ille mihi videtur idipm
 quod dicitur non dolere. SOC. Pone tria quadam, ut lu-
 bet, & ut pulchrioribus utamus nōibus, alterū aurum,
 argentum alterum, neutrum reliquum nōiato. PROT.

Ponantur. SOC. Quod horum neutrum est, potēstne al-
 terum ex ijs fieri, vel argentum, vel aurum. PROT.
 Nequit. SOC. Vita igitur media si quādo suavis vel mō-
 sta dicitur, aut existimatur, nequaquam recte vel exi-
 stimatur vel dicitur. PROT. Certe. SOC. Attamen,
 o amice, aliquos hac loqui & opinari sentimus. PROT.
 Maximē. SOC. An igitur gaudere tūc quando non mō-
 rent, existimant? PROT. Aiunt quidē. SOC. Nōne
 tūc gaudere putant? non. n. pronūciarent. PROT. Ap-
 parent. SOC. Falso de latitia opinātur, si quidē ab vtri-
 usq; gaudij scilicet & indolentia natura diuersa est.
 PROT. Diuersa profectō. SOC. Quid igitur percōtābi-
 mur inter nos, vtrum hac vel ut tria sint, vel ut duo so-
 lum, ac nū dolor hōibus malū, dolorum aut vitatio;
 hoc ipso nōte bona, dulce nōietur. PROT. Quō id, o So-
 crates fiat, a nobis ipsi qramus, non. n. intelligo. SOC.
 Quia aduersarios huius, o Protarche, Philebi reuera non
 intelligis. PROT. Quōsnam inquis? SOC. Eos qui re-
 rū naturam scipue callere feruntur, qui voluptates fun-
 dius tollūt. PROT. Quid ergo? SOC. Dolorū effugia
 eas oēs vocant, quas Philebi scēctatores nuncupant volu-
 ptates. PROT. Hisne ut credamus, o Socrates, cōsulis?
 SOC. Nequaquā, sed tanquā vatiibus quibusdā utamur,
 non arte, sed quadā non ingenerosa natura indignatione
 a voluptate nimis abhorrentibus, nihilq; in ea sani esse
 volētibus, adēo ut illas ipsas quoz eius illecebras malefi-
 cam quadam illaqueationē potius quā voluptatem vo-
 cent. His ergo ad hac vtere, considerans pitea & reli-
 qua, quibus ardentissime in eū inuehuntur. Post hac autē
 & quas ego veras existimē voluptates, accipito, ut ex
 vtriusq; sermonibus vim eius cōsiderantes, ad iudicandū
 deniq; apponamus. PROT. Recte inquis. SOC. Hos igitur
 tanquā propugnatores secundū indignationis eorum
 vestigium prosequamur. Reor equidem tale quiddam eos
 dicturos esse, principio alicundē lōgius repetito: si speciei
 cuiuscūq; naturā cognoscere velimus, velut duri naturā,
 vtrū ad durissima respiciētes, sic maximē cognoscēremus,
 an ad exigue dura. Oportet te, o Protarche, ijs indignā-
 tium interrogationibus quēadmodum & mihi respondere.
 PROT. Oportet sanē, illisq; respondeo, ad primas magni-
 tudines sufficiendū. SOC. Si voluptatis genus quam na-
 turam habeat, nosse velimus, non in paruas voluptates
 longēq; a suprema remotas, verūm in eas q; suprema vehe-
 mentissimeq; dicuntur, aspiciendum. PROT. Quilibet
 nunc ista tibi concederet. SOC. Num qua in promptu pra-
 ceteris posita, ac maxima voluptates sunt, ut saepe dixi-
 mus, ipsa scilicet circa corpus existunt? PROT. Quidni?
 SOCR. Vtrū vehementiores in agrotantibus, quā benē
 Valentibus reperiūtur? Caueamus obsecro, ne temere re-
 spondētes hallucinemur. PROT. Quōnam pacto? SOC.
 Fortē. n. in benē Valentibus fateremur. PROT. Verisi-
 mile est. SOC. An non voluptates illa excedunt magno
 pere, quā arduas cupidines adsunt? PROT. Verum
 id est. SOC. Nōne febribus & huiusmodi morbis affe-
 cti homines & sitiunt vehementer & algent, & quod
 eung; pati corpore consueuerunt, magis admodum quā
 ceteri patiuntur? quo sit ut magis indigeant, indigen-
 tiamq; replentes, vehementius delectentur. An verūm
 hoc esse negabimus? PROT. Oīno. ut dictum est, appa-
 ret. SOCR. Quid verō, num recte sentire videbimur
 f iij asseren

Voluptates
effigia dolo-
rum.

Quae speculā
da cum spe-
ciem digno-
sci oportet

Vtrū volu-
ptates maio-
res in sanis,
an in agris.

Triplex vi-
ta.

asserentes, si quis maximas voluptates videre velit, non ad sanitatem, sed ad morbum respiciendum? Et vide ne me hoc rogare putes, pluribusne oblectationibus agrotantes quam bene valentes deliniantur, sed magnitudo & vehementia voluptatis ubi nam propria sit, interrogare putato: scrutandum quippe qua natura constet, praediximus, quamue dicant, qui nullo modo esse illam asseuerarunt.

PROT. Teneo penes quod inquis. SOC. Fortassis etiam, o Protarche, demonstrabis. Responde modo. In lasciuia & petulantia non plures dico, sed vehementiores & vi maiores voluptates, quam in temperata vita vides? Dic amabo, mentem adhibens.

PROT. Percepi quid velis, & excessum cerno quam plurimum. SOC. Temperatos nempe prouerbium nihil nimis percipiens, semper continet, & huic illi obtemperant. Intemperantes autem & dissolutos homines voluptatis feruor ad furorē usque occupans, immoderatis clamoribus exultare compellit.

PROT. Recte loqueris. SOC. Et si verum hoc est, patet in quadam deprauatione tum animae, tum corporis, potius quam in virtute, vehementes voluptates, vehementesque cruciatus consistere.

PROT. Patet certe. SOC. An non aliquis est multis elicere decet, & inuestigare qua ratione maxime vocari debeant? PROT. Necessesse est. SOC. Aduerte itaque talium morborum voluptates, qua ratione se habeant.

PROT. Qualium? SOC. Deformium voluptates, quas illi quos indignantes vocauimus, penitus horrent. PROT. Quales inquam? SOC. Velut in scabiei medela qua fricatio fit, ceterisque huiusmodi, haud alio pharmaco indigentibus. hoc enim malum pro diu immortales, voluptatemne, an dolore potius nuncupabimus? PROT. Malum quiddam, o Socrates, mixtum hoc esse videtur. SOC. Haud equidem, vel Philebi gratia, hoc exemplum produxissim: sed nisi haec voluptates, & quae haec sequuntur, inspiciantur, nunquam ferme quod quaesitum nunc est, diiudicare valeamus. Ergo ad istarum cognationem pergendum est.

PROT. Num eis, inquis, quae immixtione comunicant? SOC. Has ipsas. Sunt igitur mixtiones corporis quidem ipsius in corporibus, animae in anima. Et dolores animae & corporis voluptatibus mixtos reperiemus, eamque utrorumque commixtionem interdum voluptatem, interdum vero dolorem cognominatam.

PROT. Quoniam pacto? SOC. Ut ecce cum quis in restitutione, vel corruptione simul contraria patitur, algens saepe calescit, & calens aliquando refrigerat, quarens ut arbitror, id assequi, illud abijcere, ac quod dicitur, amaro dulce permixtum, & cum difficultate reiectionis adsistens molestiam, mox feruere congressum facit.

PROT. Est maxime verum quod dicis. SOC. Nonne harum mixtionum quaedam ex equali utriusque & voluptate & dolore, quaedam ex alterutro excedente constantur? PROT. Nihil prohibet. SOC. Dic igitur ex earum numero quae doloris plus quam delectationis continent, eas esse quae sequuntur scabie & titillationes, quando quod intus est, seruet atque gliscit, neque huc perfricatio aut exagitatione quis attingit: sed quod circa cutem est solum, diffundit. Tum sane illa in ignem ferentes, & nunc huc, nunc illuc consilij inopia reuoluti, inestimabiles saepe numero voluptates pariunt: aliquando contra interioribus ad exteriorum molestias voluptatibus mixtis, in utraque partem declinatio fiat, exhibent, ex eo quod commixta per violentiam diffundant, vel dispersa confundant, simulque

Mixtiones voluptatis & doloris in corpore.

Voluptatibus dolores admoueat. PROT. Vera narras. SOC. Nonne iterum cum voluptas amplior secundum haec omnia commiscetur, tunc portio doloris immixta titillat, & leui quadam tristitia afficit? Atque iterum voluptatis vberior pars infusa prouocat, & interdum proflire compellit, & omniformes colores, omnigenas figuras, omnimodos spiritus cum omni incitamento, & exclamations cum insania parit? PROT. Summopere. SOC. Cogit pretereà, o amice, de se, tum ipsum, vel tum alium exclamare, quod his voluptatibus delinitus ac liquefens, prope modum moritur: eoque magis eiusmodi voluptates seclatur quisque, quo intemperatior quis & imprudencior est.

Atque has insuper summas oblectationes praedicat, & cum qui his delicijs totam vitam mulcet, beatissimum arbitratur.

PROT. Omnia quae apud multos in existimationem veniunt, o Socrates, collegisti. SOC. De voluptatibus, o Protarche, quae in corporis passionibus extrinsecus intrinsecusque miscentur, est dictum. De ijs vero quae miscentur in anima, contraria quaedam ad corpus conijciuntur, voluptatem scilicet cum dolore, & dolore cum voluptate in vnam mixtionem concurrere. Et haec in superioribus percurramus, quod quando exhauritur, repletionem cupit, & sperans gaudet, exhaustus angitur. Ista tunc quidem testimonijs minime confirmauimus, nunc vero dicimus quod anima a corpore discrepante in ijs omnibus, quorum haud satis multitudine comprehenditur, mixtio vna doloris & voluptatis emergit.

PROT. Recte nimium loqui videris. SOC. Vna praeterea doloris voluptatisque congressio restat. PROT. Quenam? SOC. Quae saepe ipsam in seipsa animam accipere diximus. PROT. Quae ratione hoc asserimus? SOC. Iram, timorem, desiderium, lamentationem, amorem, emulationem, inuidiam, & huiusmodi reliqua, an non haec omnia dolores quosdam in ipsius animae ponis? PROT. Equidem. SOC. Nonne dolores huiusmodi plenos miris quibusdam voluptatibus inuenire licet? An forte in memoriam nobis illud reducere oportet? quod quemadmodum apud Homerum accidit, Virum vel prudentem irasci, eo tamen pacto, ut eius affectus dulcior melle sit iugiter distillante, sic contingat in vita ut aliqua ira dulcedo misceatur, & voluptates in lamentationibus atque desiderijs tristitia mixta sint? PROT. Nequaquam, verum sic haec, nec aliter accidunt. SOC. Quinetiam meministi eos qui tragicis spectaculis adstant, dum delectantur, saepe lugere. PROT. Memini. SOC. Et in comedijs animi nostri affectum ad oblectationem simulatque maerorem declinare sensisti. PROT. Haud satis aduertit. SOC. Non enim facile est, o Protarche, affectum huiusmodi ubique comprehendere. PROT. Non certe, ut mihi videretur. SOC. Ipsum igitur tanto magis accipiamus, quanto est obscurior, ut in ceteris facilius quis voluptatis tristitiaeque concursus percipere valeat.

PROT. Dic iam. SOC. Inuidia nomen paulo ante inductum, verum dolorem quendam significare censet, necne? PROT. Censeo. SOC. Inuidus tamen proximorum aduersus letari deprehenditur. PROT. Vehementer. SOC. Malum quidem ignorantia est, & ut nunc loquimur. Soliditas quaedam. PROT. Quidni? SOC. Ex his vide ridiculum illud quam naturam habet. PROT. Dic modo. SOC. Est utique summam deprauatio quaedam habitus alicuius cognomento dicta, improbitatis vero vniuersa genus quoddam

Mixtiones voluptatis & doloris animae in anima.

Voluptates animae in anima.

Inuidia nomen fuisse nomen.

In ignorantia cognominata.

quoddam est, contra prorsus habens, quam Delphica p-
cepta docent. PROT. Præceptū hoc inquis, o Socrates,
Nosce teipsum. SOC. Aio. Oppositū huic esset, si forte
præciperetur, Nullo modo teipsum nosce? PROT. Esset.
SOC. O Protarcho, conare nunc id trifariam distribuere.
PROT. Dic tu, ego. n. nequeo. SOC. Ais ergo me nūc
istud dividere oportere? PROT. Aio equidē, & quod ma-
ius est obscuro. SOC. Nōne quisque ex ijs qui seipso igno-
rant, secundū tria id necessariō patitur? PROT. Quis?
SOC. Primo. n. secundum pecunias, opulentiorē quippe
quā sit, aliquando seipsum existimat. PROT. Multi
quidem ita decipiuntur. SOC. Plures ēt qui maiores for-
mosioresq; se putant, & quæcunq; ad corpus attinent, su-
pra quā reuera sunt. PROT. Plures profectō. SOC. R.
Plurimi deniq; qui animi dotes maiores quā habeant,
habere se putant. PROT. Et maxime quidem. SOC. R.
Quantum verō ad virtutes animi pertinet, nōne vul-
gus sapientiam prorsus sibi vendicans, plenum est contē-
tionibus, falsaq; sapientie ipsius opinione? PROT. Quid
ni? SOC. Si quis ergo afflictionē illam oēm malum quid-
dam vocavit, recte nimirum appellabit. PROT. Maxi-
mē. SOC. Hoc igitur iterū, o Protarcho, bifariā par-
tiendum, si ridiculā invidiam cognoscentes, mirā volu-
ptatis & modestiæ mixtionē nosse velimus. PROT. Quō
bifariam partiendū? SOC. Ita. quicunq; hāc falsam de
se opinionem stultē psumunt, ijs quemadmodum & oībus
ceteris mortalibus accidat necesse est, ut quidam eorum
robur ac potentiam in ijs quæ profitentur habeant, quidā
verō nequaquā. PROT. Necessariū est. SOC. Hæc ergo
rōne distingue. quicunq; ex ijs imbecilles sunt, neq; vic-
sci iniurias, neq; sibipis opem ferre valent, merito ridi-
culi nuncupantur: qui verō possunt, terribiles & robu-
sti & hostiles iure vocantur. Ignorantia. n. potentum
robustorumq; hōum hostilis atq; teterrima res est. hæc. n.
& quæcunq; eius similia proximis omnibus noxia. sin-
autem imbecillis ignorantia sit, ridiculorum naturam
subit. PROT. Recte loqueris. Attamen voluptatis do-
lorisq; concursus, nondum in ijs nobis patuit. SOC. Li-
voris primo vim accipe. PROT. Dic. SOC. An nō tri-
stitia quædam, lætitiæq; iniusta est? PROT. Necessariū
hoc est. SOC. Adversariorum malis lætari nec iniustū,
nec invidum est. PROT. Non. SOC. Malis aut amico-
rum lætari potius quā tristari, nōne invidi est atq; ini-
iusti? PROT. Est. SOC. Ignorantiam oībus malā esse
diximus. PROT. Et recte quidē. SOC. Amicorū igitur
presumptionē sapientiæ atq; pulchritudinis, & quod
cunque paulo ante diximus tribus in speciebus fieri, ridi-
cula quidem cum imbecillia, odiosa verō cum valida,
hunc inquam, amicorum habitum nōne fatemur quum
quis innoxium alijs habet, ridiculum esse? PROT. Fa-
temur sanē. SOC. Hunc quoq; cum ignorantia sit, ma-
lum esse? PROT. Certē. SOC. Lætari verne, an tristari
mur, dū hæc irridemus? PROT. Lætari planē. SOC.
Voluptatē verō in amicorum malis, nōne à liuore profi-
cisci prædiximus? PROT. Certē. SOC. R. Nos igitur in
amicorū rebus ridiculis subidentes miscere voluptatē do-
lori, dū invidia lætitiā addimus, ratio ista concludit
liuorē quippe tristitiā quandam aīe iam dudum esse cō-
stitit, derisionem verō lætitiā, simulq; hæc in eo tem-
pore congrēdi patuit. PROT. Vera loqueris. SOC. Ra-

tio igitur nobis hæc dicit, nos non modo in ipsis spectacu-
lis res gestas representantibus, & in alijs multis eodem
pactō, sed in totius vitæ quadam veluti tragœdia atque
comœdia dolores voluptatibus immiscere. PROT. Im-
possibile est ista tibi, o Socrates, non concedere, et si quis
alteri parti potissimum ad stipularetur. SOC. Irām, de-
siderium, lamentationē, metū, amorem, emulationē,
invidiam, proposumus, ceteraq; hōi in quibus ea quæ
iam sepe repetimus, coire nos diximus, reperire, an nō?
PROT. Ita. SOC. Nū videmus quōd de lamentatione,
ira atque invidia oīa iam sunt nobis confecta? PROT.
Quid ni videamus? SOC. Multa igitur restāt. PROT.
Multā. SOC. Ob quam verō potissimū causam mixtum
in comœdijs affectū declarasse me tibi existimas? nōne
fidei gratia? quia in amoribus timoribusq; & alijs hōi
mixtio ipsa facilius ostendi pot. Quæcū ex te ipso intelli-
gas, & q̄ dicta sunt tenes, me dimitte, nec me cogas ad
illa singulatim ordine descendente, in longū disputationē
producere: verum simpliciter id accipito, & ai am absq;
corpore, & absq; aīa corpus, & mutuum ēt vtrorūque
congressum, in oībus perturbationibus habere voluptatis
& doloris concursum. Dic ergo, nū me dimittas, an ad
multam noctē detineas. Reor. n. te si pauca quedam dex-
tero, me dimissurum. nā de his oībus cras me tibi dictu-
rum polliceor: in presentia verō ad iudicium quōd Phile-
bus instituit, pergere cupio. PROT. Præclare inquis, o
Socrates, & idcirco q̄ restant, utcūq; tibi placuerit enar-
rato. SOC. Secundū naturam quidē post mixtas volu-
ptates necessitate quadam ad puras immixtasq; quodam
modo deveniemus. PROT. Recte nimirum. SOC. Conabor
equidem, sed variando eas nōtare. Nam his qui dicunt
voluptates oēs dolorum sedationes esse, haud prorsus as-
sentior. Ceterum, ut dixi, ijs quasi testibus utens, osten-
dendo plerasq; videri quum non sint, voluptates, itē in-
gentes quæstā multasq; videri, sed mixtas esse tristitiā,
& sedationibus ingentium dolorū, & circa corporis &
circa aīe defectū. PROT. Quis deniq; voluptates veras,
o Socrates, merito censere quis debet? SOC. Eas utiq; q̄
circa decoros colores figuratq; & odores plerasq; & har-
monias consistunt, præterea q̄ circa ea sunt, in quibus de-
fectus quidem est, sed qui nec sentitur, nec lædit. Im-
pletio verō, quæ & suavis est, & sentitur, & tristitia
vacat. PROT. Quæ rōne, o Socrates, hæc sic dicimus?
SOC. Sunt q̄ loquor haud statim perspicua, veruntamen
explicare conandum. figurarum. n. pulchritudinem, nō
ut pleriq; forsitan intelligerent, utputa animalium vel
picturarum quarundam dico. sed rectum quiddam, &
circulare, & ab ijs ea quæ tornis fiunt, plana vel soli-
da, & quæ canonibus. i. regulis atq; angulis construun-
tur, si modo hæc tenes. hæc siquidem nequaquam ad ali-
quid aliud respicientia, quemadmodū cetera pulchra di-
co, sed pulchra semper suapte natura, voluptates pro-
prias nullo modo motuum delectationibus convenientes
habentia: eadem ratione colores item pulchros atq; gra-
tos esse dico. Sed nunquid intelligimus, aut quid est?
PROT. Annitor equidem, o Socrates, verum ipse quo-
que lucidius explicare nitere. SOC. Dico præterea &
voces perspicuas & suaves, namq; aliquam puram pe-
nitus concinentes melodiam, ad nihil aliud compa-
ratas, sed natura sua pulchras esse, & innatam afferre
Volup

De puris vo-
luptatibus.

Quæ vere
voluptates.

Ignorantia
potentiū te-
rerrima res

Livoris vis.

era narra.
undum ha
stilat, &
Voluptatē
proficere im
uram, emi-
clamatūtes
C. Cogit
alium excla
mātes, pro-
fatei se
nāctur et
cat, & tū
mum arbi-
existimati-
De volupta-
tibus ex-
De ijs de
ad corpus
& dolorē
Et hæc
auritur, et
angitur.
uimus, nūc
te in ijs
nditur, mi-
T. Recte
loris volu-
C. Quā
OT. Quæ
siderium,
Volu-
anima
nima
Ignorantia
potentiū te-
rerrima res
Livoris vis.

Voluptatem. PROT. Hoc quoque Verum est. SOC. Genus aut voluptatum quod odores sequitur, minus diuinum est: quod aut ipsi necessarij dolores nequaquam miscantur. Vbiq; & in quo id inesse contingat, cum illis proximis eadem prorsus ratione habere dico. Iamq; duas voluptatum species, si modo intelligis, collegimus. PROT. Intelligo. SOC. Hic ite disciplinarum voluptates addamus, si & ista fame discendi nequaquam continere videntur, neq; propter disciplinarum auiditatem principio statim dolores inferre. PROT. Mihi sic videtur. SOC. Quid vero, si quis doctrina imbutus, inde obliuiscatur, nonne tristitiam quandam sequi vides? PROT. Non natura quidem, sed quadam passionis cogitatione, cum quis orbatu propter indigentiam tristatur. SOC. Ceterum, o beate, nos in presentia non opinionis, sed naturae passiones tractamus. PROT. Verum est igitur quod asseris, doctrinae obliuionem absq; tristitia euenire. SOC. Voluptates igitur disciplinarum doloris expertes, nec multorum horum, sed paucorum admodum esse fatendum. PROT. Fatendum proculdubio. SOC. Postquam igitur voluptates puras ab his quae recte propemodum sic dicuntur, impuris seceuiimus, addenda est iam vehementibus voluptatibus immoderatio, remissioribus moderatio. Easq; et quae intensius, remissius, magnum, paruum, raro, crebro, suscipiunt, ad infiniti genus, quod per animam corpusq; secundum magis minusue discunt, referre decet: quae vero ista non capiunt, ad comensurati genus potius referenda. PROT. Recte inquis, o Socrates. SOC. Post haec id insuper circa voluptates instituendum. PROT. Quid istud? SOC. Vtrum purum ipsum atq; sincerum dicendum sit conferre ad veritatem, potius & vehemens, multum magnumq; & sufficiens? PROT. Quid tibi vis, dum ista rogas, o Socrates? SOC. Nihil, o Protarche, in ipsa disceptatione voluptatis & scientiae premittere vellem. siquidem vtriusq; illorum portio quaedam pura, quaedam impura est, ut vtrumq; purum in iudicium veniens, et mihi & tibi, & istis deniq; cunctis ad iudicandum se apertum expeditumq; praebeat. PROT. Scire. SOC. Age igitur de omnibus quae genera pura vocamus, in hunc modum cogitemus, vnum aliquod ex illis primum in medium inducetes. PROT. Quid potissimum eliciemus? SOC. Albi si vis, primo genus consideremus. PROT. Volo equidem. SOC. Quo modo ita albi, & quae puritas erit? Vtrum quod maximum quiddam est ac plurimum? an quod ita sincerum, ut nihil in eo coloris alterius insit? PROT. Constat plane, quod praecipue sincerum est. SOC. Probe. nonne hoc verissimum, o Protarche, & pulcherrimum alborum omnium affirmabimus, non aut quod plurimum aut maximum? PROT. Recte. SOC. Si ergo quod paruum purumq; album est, mixto multoq; albo albius, pulchriusq; & verius esse dicamus, recte penitus asseremus? PROT. Recte proculdubio. SOC. Nunquid exemplis huiusmodi pluribus ad iudicandum voluptatem egebimus? an potius hinc nosse sufficiet, quod vniuersa voluptas parua quam magna, pauca quam multa, modo a dolore remota sit, suauior est & verior, ac deniq; pulchrior? PROT. Exemplum id vnicuique sat est. SOC. Quid vero hoc? quod audiuimus voluptatis quidem generationem semper, essentiam vero nunquam existere. Elegantes enim quidam viri hoc ferunt, easq; gratia est habenda. PROT. Quid tum?

Genus voluptatum odores sequentium minus diuinum.

Disciplinarum voluptates duplices.

Voluptatis generationem semper, essentiam vero nunquam existere.

SOC. Visne id interrogando percurrere? PROT. Dic, & interroga modo. SOC. Sunt igitur duo quaedam, vnum quidem secundum seipsum, alterum semper aliud appetens. PROT. Quare? & quae ista esse dicis? SOC. Hoc suapte natura summopere venerandum, illud vero deficientis. PROT. Exprime clarius. SOC. Vidimus sapienter pulchra quaedam elegantiaq; aspectu, & quosdam insuper qui ea nimium affectarent. PROT. Vidimus. SOC. Istus ergo duobus existentibus, duo quaedam alia consimilia quare per omnia quae dicimus alteri tertium esse. PROT. Profer obsecro Socrates, clarius adhuc quod sentis. SOC. Nihil est hic insigne, rarumue, o Protarche, sed iocamur. Dicimus aut quod ex his quae sunt, aliquid semper est alterius gratia, aliquid vero cuius gratia semper id quod alterius gratia fit, efficitur. PROT. Vix tandem ob crebram repetitionem percepi. SOC. Fortè et procedete disputatione clarius comprehendemus. PROT. Quid dicit? SOC. Duo haec altera iterum adsumamus. PROT. Quae nam? SOC. Alterum quidem omnium generationem, essentiam alterum. PROT. Equidem duo haec abs te accipio, essentiam & generationem. SOC. Recte: Vtrum aut horum alterius gratia dicimus? generationemue essentiam gratia? Vel essentiam in quantum essentia nuncupatur, hoc est secundum id quod existit, gratia generationis? An percipis? PROT. Videor, sed per deos quid me interrogas? SOC. Eiuscemodi quiddam, o Protarche, interrogo, num fabricatio nauium nauigij gratia fit? An contra nauigij fabricationis nauium? Et de omnibus quae cum talia sunt, idem dico. PROT. Cur non ipse, o Socrates, tibi ipsi respondes? SOC. Nihil prohibet. Attamen tu quoque concurre. PROT. Imò. SOC. Generationis gratia inquam, pharmaca & organa oia, omniaq; materiam omnibus adhiberi, singulas aut generationes singularum essentiarum, vniuersam deniq; vniuersa essentiae gratia. PROT. Perpicue admodum. SOC. Nonne & voluptas, si quidem generatio est, alicuius essentiae gratia necessario fiet? PROT. Quid dicit? SOC. Quod tale est, ut eius gratia fiat, quod semper alterius gratia fit, in boni sorte locatur: quod vero alterius gratia, in aliam sortem, o Vir optime, reducendum videtur. PROT. Necessarium id omnino. SOC. Quamobrem si voluptas generatio est, ad aliam quam boni sorte meriti referemus. PROT. Merito certe. SOC. Nonne ut in principio disputationis huius praedixi, dicenti voluptatis quidem generationem, essentiam vero nullam existere, habenda gratia est? Constat enim hunc eos qui voluptatem bonum praedicant penitus derisurum. PROT. Magnopere. SOC. Quinetiam hic idem eos qui generationi impensius student, ridebit atq; despiciet. PROT. Quo pacto & quales ais? SOC. Eos qui dum fame sitimq; restringunt, vel aliquid aliud ex his quae generatio curat ac sedat, generatio ne letantur, quasi ipsa sit, aiuntq; vitam se nihil moraturos, nisi sitiant & esuriant, atq; alijs quae haec sequuntur, afficiantur. PROT. Videtur sane. SOC. Eius aut quod fieri est, contrarium destrui ipsum cuncti fatemur. PROT. Necessario. SOC. Corruptionem generationemq; eligit quisquis haec expetit: non aut tertia illa vita, quae & letitia & tristitia vacua, intelligentia vero quoad fieri potest purissime composita proposuimus. PROT. Arone procul, o Socrates, erit quicumq; voluptatem nobis bonum asseruerit. SOC. Procul admodum quandoquidem & haec praeterea

Quod voluntas non sit bonum.

Id cuius gratia fit bonum.

præterea ratione ostendere licet. PROT. Quæ soc. Cur enim non absurdum sit, cum nihil bonum decorumque sit, siue in corpore, siue in alijs vllis præterquam in anima, in ea tamen solummodo voluptatem bonum vocare? fortitudo enim verò, temperantiam, intelligentiam, ac reliqua quæcumq; bona fortitus est animus, minimè? Ac præterea hominem voluptatis expertem, dolore verò affectum, malum tunc dum dolet, asserere, licet omnium optimus sit: & eum contra qui voluptatibus delinitur, quo magis gestit, eo virtute præstantiorem dicere? PROT. Hæc, o Socrates, omnia supra quàm dici possit, absurda sunt. soc. Ne tamen disputationem oem in voluptate consumamus, mentè verò & scientiam prætermittere videamur, age iam si quid sordidum et his adiacet, excutiamus, donec ad purissimam eorum naturam tandem penetrantes, & ipsam inspicientes, ad iudicandum tum harum, tum voluptatis partibus verissimis vii possimus. PROT. Scitè. soc. Nonne aliud nobis scientiam circa doctrinas, aliud circa educationem vel nutritionem exhibet? PROT. Sic est. soc. In manuarijs primè artibus videamus num artium alia scientia magis, alia minus sit, oporteatq; aliam purissimè, aliam impurissimè arbi trari. PROT. Decet profectò. soc. Præcipuas vtiq; à singulis discernendù. PROT. Quales, & quo pacto? soc. Ut ecce si quis ab oibus artibus segregaret numerandi dimetiendiq; & ponderandi peritiam, vile quiddà, vt ita dicà, esset, quod vniuscuiusq; restaret. PROT. Vile profectò. Residuum quippe imaginatione quadà ac sensu experientia & exercitatione, coniecturamq; cõsequi liceret, quas pleriq; artes vocant, cura & labore vim suà oem adeptas. PROT. Necessaria prorsus inducis. soc. An non musica ijs plena est? primo concentum contemperat nò mensura, sed diligentia potius cõiectura, tñ vniuersa eius pulsandi facultas mensurà chorda cuiusq; coniectura mota perquirat. Itaq; vt obscuritate plurimam mixtã habet, ita stabilitatè minimã. PROT. Verissimè. soc. Quinctiã medicinã, agriculturã, gubernatoriã, militarè similiter institutas esse reperimus. PROT. Quàm maximè. soc. Architecturã verò mensurã, & instrumenta iam plurima quibus vitur illa crebro, vt perspicacè maxime, ita suprã ceteras artificiosam maxime reddunt. PROT. Quonã pacto? soc. In ipsa profectò nauis & domorù constructione, multisq; alijs id genus materiae elaborandi quodãmodo pertinentibus vitur amussimè regulã, & torno, circino, filo, perpendicularo, instrumento quoq; ad dirigenda ligna idoneo. PROT. Rectè admodum, o Socrates, inquis. soc. Ponamus igitur eas q; dicuntur artes, in ordine duplici, alias q; musicã quidè in operibus sectantur, perspicacia minoris participes, alias architecturæ pedissequas aliquantò maioris. PROT. Ponamus. soc. Harum oium perspicacissimas, quas paulò antè primas vocauimus. PROT. Numerandi peritiã, & quas cù illa suprã iunxisti, innuere nunc mihi videris. soc. Prorsus, sed nù, o Protarche, has iterum duplices affirmare, an aliter debemus? PROT. Quas inquis? soc. Arithmetica primò, nòne aliã vulgariã, aliã philosophantiã? PROT. Quãnam rone quis partiens aliã atq; aliam arithmetica asseret? soc. Haud exigua discrepantia, o Protarche. Illi porò vnitates inæquales eorù quæ secundum numerum sunt, dinumerant, velut duos exercitus, boues duos, duo q;

minima, duo et quæ maxima: hi verò nunquã eos sequerentur, nisi quis partium vnitatem aliã ab alia vnitatem nihil discrepantem posuerit. PROT. Quàm optime loqueris, dum multã infers diversitatè eorù qui circa numerum versantur, adeò vt decès sit, in duo qdam diuidere. soc. Quid verò computandi & dimetiendi illa secundum architecturam mercaturamue facultas, itemq; illa secundum philosophiam geometria rōcinatioq; diligens, vtrū vna qdam, an duæ potius artes sunt? PROT. Priorè ego responsonè secutus, mea quidè sententia, duas esse ponere. soc. Probè. sed nù intelligis cuius gratia in mediũ hæc induximus? PROT. Forsitan, attamè quod nunc q̄situm est, explanare te velim. soc. Disputatio nostra q; iãdiu proportionem quandã aqua diuisionis cõuersione voluptatibus respondetem q̄rit, videtur mihi nunc non minus quàm ab initio assecutus fuisse quod q̄rit, dũ indagat nù sit scientia quadã alia scientia purior, quẽadmodum voluptate voluptas. PROT. Cõstat horũ gratia ista tractata fuisse. soc. Quid aut, nòne in superioribus aliam artè in alia esse reperitum est, clarioremq; aliam, & obscuriorè aliam? PROT. Maxime. soc. In ijs aut an non artem quandã ratio velut æquiuocam proferes, & quasi vnã innuens, rursus quasi duæ sint, inquit nù perspicuitas puritasq; illarum penes philosophantes, aut non philosophantes existat? PROT. Et maxime quidè id iquirere mihi videtur. soc. Quale hic respossum, o Protarche, reddemus? PROT. O Socrates, ad miram scientiarũ differentiã declarandã descendimus. soc. An nò resposio facilis? PROT. Quidni? asseramus itaq; hæc artes longo interuallo à ceteris discrepare. Ab ijs præterea legitimorũ philosophorum artes mirum in modum syncretitate & veritate circa mēsuras numerosq; differre. soc. Sũto igitur ista ex tua snã, nosq; tibi credentes audacter importunis disputatoribus respondeamus. PROT. Quidnã? soc. Duas arithmeticas esse ac duas metiendi artes, aliasq; facultates harum comites plurimas, geminationem habentes huiusmodi, & in nomine vno communicantes. PROT. Demus secunda fortuna his quos importunos vocasti, responsonem hanc, o Socrates. soc. Hæcne scientias quàm maxime syncretas, atque supremas asseueramus? PROT. Omnino. soc. Veruntamen, o Protarche, nos differendi facultas ipsa facere nò patiat, siquam aliam ipsi præferremus. PROT. Quàm rursus hanc dicere decet? soc. Eam qua omnem modo inductam peritiam noscit. hanc enim cùm circa id quod est, & verè est, & semper eodem modo se habet, versetur, arbitror omnes quibus modo aliquid sanæ mentis adsit, longè omnium verissimam cognitionem esse protinus concessuros. Tu vero, o Protarche, quid sentis? PROT. Gorgiam sepe audiui, cùm diceret persuadendi facultatem artibus cunctis præcellere, quippe quæ cuncta non vi, sed sponte sibi subijciat, longèq; omnium artium optima sit. Nunc verò nec tibi, nec illi aduersari velim. soc. Arma mihi videris dicere voluisse, verum pudore adductus prætermisisse. PROT. Sunt hæc vt lubet. soc. Ego in causa sum vt minus benè acceperis? PROT. Quid? soc. Non ego, o amice Protarche, quæ ars aut scientia omnibus eo antecellat, quod maxima potissimãq; & utilissima omnium sit, ex te quasi: sed quæ perspicuum, syncerum, verissimum contempletur, quamuis parua sit ac

Geometria duplex.

Artes differre.

Logica artibus omnibus præferitur.

Gorgias sit ut artem dicendi cunctis artibus.

Scientiarũ puritas.

Potissima artibus.

Musica n̄ mensurã.

Debilis medicina. Nobilitas architecturæ.

Artes in duplici ordine.

Arithmetica duplex.

Determina
tio duarum
artis, qua
rum alter
utra vide
tur alijs p
cellere.

fit ac minimè utilis: hoc profectò est quod modò quari-
mus. At vide: nihil. n. Gorgiam laceſſes, ſi eius arti
utilitatis laudem præſtantiamq; concedas: ei verò quam
iſe modo narraui, facultati veritatis præcellentiam tri-
buas: quemadmodum ſuprà de albo dixeram, quod licet
paruum, ſi tamen purum eſſet, multò impuroꝝ ſecundũ
veritatis exceſſum præſtaret. Et nunc quidem ſufficien-
ter his diſcuſſis, ne reſſiciamus in vllas diſciplinãũ vel
cõmendationes vel cõmoda: ſed ſi qua ex natura ſuauiſ
animi veritatis eſt amans, cuiq; gratia cuncta peragit,
hanc dicamus puritate mentis & ſapientiã perſerutati,
conſiderandã à diſſerendine ſcientia maximè, an ab
alia potius hac præſtantiore acquiri videatur. PROT.
Conſidero equidem, concedoꝝ, difficile inueniri poſſe aliã
vel artem vel ſcientiam que ſibi magis vindicet verita-
tem. SOC. Nunquid tale quiddã cogitans, hæc modò
dixiſti? quòd videlicet artes multa, & quæcunq; circa
hæc verſantur, primo quidem opinionibus videntur, &
qua circa opiniones conſiſtunt, ex inſtituto perquirunt:
ſiue etiam qua ad naturam ſpectant, indaganda quis pu-
tet, puta qua circa mundum ſunt, quò videlicet factus
ſit, quò patiatur, quò agat, per oẽm vitam ſeruitur.
fatemur hæc, an non? PROT. Vtiq;. SOC. Nec circa ea
qua ſemper exiſtunt, ſed qua fiebãt, ſuntq; & ſient, hic
verſatur. PROT. Vera loqueris. SOC. Num ex ijs qua
nunquam aut in præterito, aut futuro, aut præſenti eodẽ
modo ſe habent, aliquid exactiſſima veritate perſpicuum
eſſe dicemus? PROT. Non licet. SOC. Etenim in ijs qua
nullam prorsus ſtabilitatem habent, quo pacto nos ſtabi-
le quicquã aſſequeremur? PROT. Nulla vt arbitror rone.
SOCR. Neq; mēs igitur, neq; ſcientia vlla circa iſta eſt,
veritatem ſupremã habens. PROT. Conſentaneũ. SOC.
Te igitur & me, & Gorgiam, atq; Philebũ Valere ſina-
mus: hoc aut rone nunc aſſeramus. PROT. Quid iſtud?
SOC. Quòd illa nobis facultas firmitatẽ, puritatẽ, veri-
tatẽ, ſinceritatẽ cõtinet, qua circa ea q; ſemper eodẽ mo-
dò & ſimpliciſſima ſunt, ſtudet, aut quòd ſecundo loca
illis proximũ. Reliqua oĩa poſteriora dicenda. PROT.
Vera nimis. SOC. Atqui illa noiã qua circa talia qdam
pulcherrima oĩum ſunt, an non rebus quoz pulcherrimis
aſſignanda? PROT. Par eſt. SOC. Mens & ſapientia
noiã ſunt oĩum præcioſiſſima. PROT. Sunt. SOC. Hec
igitur intelligentijs eius quòd verè eſt exactiſſima rone
perfecta atq; tributa rectè vtiq; accomodantur. PROT.
Prorsus. SOC. At q; iſe in iudicium ſuprà produxi, non
alia ſunt quàm hæc noiã. PROT. Hand alia. SOC. Cõ-
terũ ſi quis mixtionẽ voluptatis & ſapientiã nobis velut
opificibus propoſitũ dicat, vt qramus ex quibus & in qui-
bus conſietur, rectè conijciet arbitror. PROT. Et maxi-
mè quidẽ. SOC. Itaq; deinceps miſcere conandũ. PROT.
Conandũ planè. SOC. Nõne hæc prius admonere præſta-
bit? PROT. Quæ? SOC. Quæ & antea memoraviſimus:
præclarum nempe proverbiũ illud quò dicitur, q; pul-
chra ſunt, & bis & ter repetẽda eſſe. PROT. Quidni?
SOC. Per Ionẽ ſic exiſtimo ſuperiora dicta fuiſſe. PROT.
Quò? SOC. Philebus voluptatem inquit ſinem rectum
cunctis aĩalibus eſſe, omniaq; ad eam intendere oportere,
atq; id bonum ipſum vniuerſis exiſtere: præterea duo hæc
nomina bonum & iucundum eidem nature congruere.
Socrates autem primũ id minimè eſſe inquit: Vtiq; duo

Proverbiũ.

nomina ſunt, bonum atq; iucundum, duas etiam differẽ-
tes eſſe naturas. Quinetiam ſapientiam magis quàm vo-
luptatem boni participẽ eſſe. Nõne hæc, ò Protarche, ſunt
qua dicebantur? PROT. Maximè. SOC. Hoc quoq; &
tunc & in præſentia nõne conſitendũ erit? PROT. Qua-
le? SOC. Ipſius boni naturã hoc picipuẽ ab alijs diſcre-
pare. PROT. Quõnam? SOC. Cuicunq; hoc adest ex vi-
uẽtib; ſemper & oĩno & vndiq; id nullo alio indiget,
perfectãq; ſufficiẽtiã cõtinet. itãne? PROT. Ita pror-
sus. SOC. An non rone ipſa conati ſumus alterum ab al-
tero ſeparantes, voluptatẽ à ſapientia, ſapientiã à volu-
ptate, ſic ut altera alterius ne momentũ quidem partici-
pet, ſic in vitam cuiuſq; reſpicere? PROT. Certè. SOC.
Viſumne tũc alterutrũ ex his ſufficiens eſſe? PROT. Et
cui videatur? SOC. Quòd ſi quis forte tũc pteruectus eſt,
nunc reſumẽs rectius aſſeueret: & cũ memoriã, ſcientiã,
ſapientiam, veram opinionẽ eiũdẽ ideã ponat, conſideret
vtrũ abſq; his aliquis, vel ſe, vel alium aut eſſe quicquã,
aut quicquam fieri exoptet, nedum vt voluptatẽ ſeu plu-
rimã ſeu vehementiſſimã ſine ijs eligere debeat. Siqui-
dem his priuatus neq; reuera gaudere ſe opinabitur, neq;
qua conditione affectus ſit, noſcet, neq; affectus ipſius me-
moriã per iſp; aliquòd reſeruat. Eadem quoq; de ſapie-
tia dicas. Nũ quiſpiã procul ab oĩ etiam minima volu-
ptate ſapientiam adipiſci, quàm cũ voluptatibus quibus-
dã malit, aut voluptates oēs ſine ſapientia potius quàm
cum ſapientia quadã? PROT. Nullus, ò Socrates. Ve-
rũ tamen nihil opus eſt hæc toties iam repetere. SOC. Qua
propter horũ neutrum perfectũ, & oĩbus expetendum, ac
penitus bonũ. PROT. Neutrum. SOC. Aut igitur bo-
num ipm perſpicuẽ, aut figurã eius aliquã ſumere decet,
vt quẽadmodũ diximus, cui potiſſimũ ſecundã ſortes tri-
buenda ſint, videamus. PROT. Sciẽtẽ admodũ loqueris.
SOC. An non ſemitã ad bonũ ipſum quandã ingreſſi
ſumus? PROT. Quã? SOC. Si quis hoĩem aliquẽ qua-
rens, domũ quam inhabitat, primũ cognorit, adminicu-
lũ ſanè ad eũ inueniendũ ingens habebit. PROT. Quid-
ni? SOC. Ita & nos ipſens atq; ſuperior ratio monuit ne
in ſimplici vita, ſed mixta, bonum ipm indagaremus.
PROT. Oĩno. SOC. At ſpes certior, in eo quòd pulchrẽ
mixtũ, quàm in oppoſito nos quòd querimus reperturos.
PROT. Certior ſanè. SOC. Miſceamus igitur, ò Protar-
che, dijs antè vouentes, ſiue Dionyſius, ſiue Vulcanus,
ſiue alius quiſpiã deorum ſortitus eſt mixtionis officiũ.
PROT. Ita prorsus agendũ. SOC. Atqui nobis tanquã
vinum miſcentibus quibusdã, fontes adſtant. Et mel-
li quidem voluptatis fontem cõparare quis poſteſt: Verũ
ſapientiã fontem ſine vini vi ſobrium aqua cuipiã acri,
atque etiam ſaluberrima. Hos ergò liquores quã pulcher-
rimè in vnum confundere ſtudeamus. PROT. Studen-
dum certè. SOC. Dic age primũ: ſi oẽm voluptatem
cum omni ſapientia miſceamus, nũ pulchrẽ iunxerimus?
PROT. Forſitan. SOC. Verũ minimè tutum. Quo
tamen pacto ſecurius miſceamus, me nunc declaraturum
confido. PROT. Dic quomodo. SOC. Patuitne in ſupe-
rioribus aliam voluptatem alia, ruruſq; ſcientiam aliã
alia ſyncerorem eſſe? PROT. Patuit planè. SOC. Sci-
entia quoque à ſcientia differens, & altera qui-
dem circa illa qua oriuntur & occidunt, altera circa ea
qua neque ſiunt, neque intereunt, ſempẽrque ſecundum
eadem

Quo boni
natura ab
alijs diſcre-
pet.

Dionyſio et
Vulcano e
dedita mi-
xtio.

eadem eodem modo se habent. Atque hanc ad veritatem ipsam respicientes, illa veriore esse putamus. PROT. Recte admodum. SOC. Si utriusque portiones verissimas in vicem commisceamus, nunquid istarum mixtio sufficiens erit ad vitam nobis optabilissimam exhibendam? aut alio prater ea quodam alterius rationis egebimus? PROT. Mihi quidem videtur sic agendum. SOC. Esto igitur nobis vir quidam sapiens qui norit quid ipsa iustitia sit, rationemque intelligentiam comitem habeat, nec non reliqua cuncta quaecumque sunt similiter calleat. PROT. Esto sane. SOC. Nunc hic sufficienti scientia praeditus erit, si circuli et sphaerae ipsius divinae rationem teneat, humanam vero hanc sphaeram et hos circulos profusus ignoret, dum in architectura similibusque operibus canonibus, id est, regulis circulisque uteretur. PROT. Ridicula erit, o Socrates, cognitio nostra, si in divinis duntaxat versetur. SOC. Quid ais? num falsi canonis atque circuli impuram et instabilem artem in commune inserere et immiscere debemus. PROT. Necessarium hoc est, si modo quis nostrum vel viam quae ducat domum reperiturus sit. SOC. An vero et musica, quam paulo ante diximus coniecturis imitationemque plenam, a puritate procul abesse? PROT. Necessarium id quod, si quidem vita nostra, aliquando vita futura sit. SOC. Vis ergo tanquam ianitor turba pulsus atque coactus, ego nunc fores pandam, scientiasque omnes consuere iam et confundi sinam, cum pura passim deteriore. PROT. Haud scio o Socrates num quis a scientijs alijs laedatur, qui primas habet. SOC. Permitto cunctas in Homerica mixtionis velut conuallem quandam adeoque vehementem illam poeticam consuere. PROT. Fluant. SOC. Rursus ad voluptatum fontem proficiscendum videtur: quando enim ipsas miscere cogitavimus, et inter eas nonne verae quaedam enatae nobis sunt? sed propter scientiae totius amorem in idem cocurrere scientias universas permisimus, prius quam voluptates. PROT. Vere loqueris. SOC. Est igitur tempus, ut de voluptatibus etiam consultemus, utrum et ipsae in unum omnes, an primae duntaxat, ac verae sint admittenda. PROT. Permultum ad securitatem interest primas verasque admittere. SOC. Harum ergo commercium admittatur. At quid deinceps? si quae necessaria sunt, num quemadmodum et istae, haec quoque in mixtionem sunt accipienda? PROT. Quid prohibet. SOC. Necessarias igitur quoquo modo accipiamus. Si autem quemadmodum artes omnes nosse innocuum et conferens in vita esse constitit, ita nunc de voluptatibus constet, videlicet quod omnibus frui innocuum et utile sit, forte erunt omnes omnibus immiscenda, quid ad haec? PROT. Qua ratione de his loquemur? Quid agemus. SOC. Non a nobis Protarche tale aliquid, sed ab ipsis voluptatibus scientijs quaerendum. PROT. Quid istud? SOC. O amice, siue voluptates, siue alio quodam cognomento appellare vos deceat, utrum eligitis cum omni sapientia congruere, an esse seorsum a sapientia? Reor equidem hoc illas necessario respiciendas. PROT. Quid. SOC. Quod quae admodum in superioribus dictum est, nec possibile, neque utile est genus aliquod purum, seorsum solitariumque esse. Omnium vero generum optimum, si unum uni comparatur, nobis fore putamus genus ipsum, quo tum cetera omnia, tum etiam singula nostra vires perfecta noscuntur. PROT. Et recte quidem respondi illas merito confitebimur. SOC. Restat ut mentem et sapientiam cogemus cum ipsa mixtione quodammodo

do voluptatibus egere dicamus, qualibus praecipue voluptatibus egeant. PROT. Merito. SOC. Nostra vero post haec interrogatio talis erit, utrum prater illas veras voluptates vobis opus est vehementissimarum maximarumque voluptatum commercio: Forte sic illa respondebunt: Minime o Socrates. Haec namque impedimenta nobis innumerabilia praesent. Animos siquidem quos incolimus, voluptates furiosa perturbant, nec adolere nos permittunt, nostrasque progenies ut plurimum per negligentiam obliuione illata omnia corrumpunt. Alias autem voluptates veras ac puras quas ipse narrasti, ferme nobis domesticas arbitrare: ac prater istas, illas insuper, quae cum sanitate et temperantia ceterisque virtutibus capiuntur. Has namque virtutis tanquam deae cuiusdam pedisseque sunt, libenter admittimus. Quae vero cum dementia, et alia improbitate congregiuntur, eas menti miscere absurdum est, si quisquam pulcherrimam illam cernens concordemque mixtionem atque temperiem, in ea perdiscere quid et in hunc et in uniuersa suapte natura bonum sit, quod ue ipsius idea existat, diuinare velit. An non sapienter, et tanquam sui copotem mentem haec, et de seipso, et de memoria rectaque opinione respondere dicemus? PROT. O non quidem. SOC. Atqui et hoc necessarium est, nec unquam aliter fieri posset. PROT. Quid istud? SOC. Cui veritatem non miscemus, nunquam id verum aut fieret aut factum esset. PROT. Quo modo? SOC. Nullo verum siquid huic mixtioni ulterius deest, dicite tu et Philebus. Mihi namque mundus quidam incorporeus animato corpori pulchre dominaturus sermo hic peractus fuisse videtur. PROT. Mihi quoque o Socrates idem videri scito. SOC. Nonne si boni ipsius ac talis quidem vestibulum adiu nos nuper ingressos esse dicamus, forsitan recte quodammodo profitebimur? PROT. Mihi sane videtur. SOC. Quid igitur in huius mixtione preciosissimum, maximeque cur constitutio haec omnibus gratissima sit, nobis in causa esse videtur? Si enim id nouerimus, mox perpendemus voluptatibus an menti cognatum magis propriusque in uniuerso consistat. PROT. Scite. Idem enim ad iudicium nobis propositum maxime conferet. SOC. At qui nequaquam inuentu difficile est, quae causa sit, ob quam mixtio quaeque vel plurimi vel minimi facienda sit. PROT. Quo pacto inquis? SOC. Nemo hoc ignorat. PROT. Quid hoc tandem? SOC. Quod quaecumque et qualiscumque mixtio expertis vel mensura est, vel naturae comensurata, necessario omnia quae mixta sunt, sed et se ipsam primo perdit. Neque namque temperies haec est, sed tanquam intemperatus quidam, fortuitusque concursus nobis accidere solet. PROT. Vere loqueris. SOC. Nunc quidem nos ipsius boni potentia in naturam pulchri se transferens clam fugit. Mensura namque commensuratioque pulchritudo plane ac virtus ubique sit. PROT. Profusus. SOC. Quinetiam veritatem diximus ipsis in ea temperie commisceri. PROT. O non. SOC. Quod si bonum ipsum una idea complecti non licet, saltem una cum tribus, pulchritudine, commensuratione, veritate comprehendentes dicamus id uniuersum velut unum, causam eorum quae in mixtione sunt esse, et propter hoc, utputa quod bonum sit, mixtione fieri bonam? PROT. Recte nimum. SOC. Unusquisque iam o Protarche facile arbitror de sapientia et voluptate iudicavit, vera earum optimo isti cognatior et praestans magis, et apud homines et apud deos esse contingat. PROT. Constat quidem, attamen ratione

Quae voluptates sapientiae propriae sint, quae alienae.

Nemo laeditur a scientijs ceteris qui tenet primas.

quodammodo

Pulchritudo.

id quoque percurrere præstabit. s. o. c. Secundum quodlibet igitur horum trium, de voluptate & sapientia iudicemus. Videndum enim veri unumquodque trium cognatus asseramus. PROT. Num de pulchritudine, veritate, mensuram loqueris? s. o. c. Certè. primum igitur veritatem sume Protarche, cumque sumseris, ad tria iam respice, mentem, veritatem, & voluptatem: & postquam diu mature consideraueris, tibi ipsi responde, utrum voluptas an mens veritati propinquior. PROT. Quid diurna meditatione opus est permultum ut arbitror inter est. Voluptas enim maxime omnium temeraria. fertur enim de Veneris voluptatibus, qua ingentissima omnium estimantur, quod peierantibus illis, dii prorsus ignoscunt, quasi pueri quidam sint, nullius intelligentia compotes. Mens autem aut idem est quod veritas, aut omnium certè similis atque uerissima. s. o. c. An posthac mensuram illam moderationemque considerandum restat, voluptasne an sapientia eius sit capaxior? PROT. Id quoque quod nunc in fers, exploratu per facile est. Reor equidem nihil voluptate, eiusque exultatione immoderatus inueniri posse: nihil contra, mente & scientia moderatius. s. o. c. Præclare, verum amen tertium quoque responde. Mensne pulchritudinis magis est particeps, an ipsa voluptas? quidue pulchrius? an mens voluptate, an contra? PROT. Mentem quidem & sapientiam à Socrates nemo unquam aut reuera aut falso deformem vel vidit, vel aliquo pacto cogitavit, aut fuisse unquam, aut esse, aut deinde futuram. s. o. c. Rectè. PROT. Si quæ verò voluptates præsertim maximas prosequente aduertimus, vel quod ridicula, vel quod obscœna sint, ipsi quidem erubescimus, atque celamus, noctis tenebris talia concedentes, quasi sint diurni luminis indigna conspectu. s. o. c. Cunctis igitur à Protarche & per nuncios & voce præsentis declarato, quod voluptatis possessio neque primum est, neque secundum bonum. Sed primum circa mensuram & moderatum, & opportunum & quaecunque talia sempiternam quandam naturam sortita esse putare decet. PROT. Apparet utique ex ijs quæ modo sunt dicta. s. o. c. Secundum deinde circa comensuratum & pulchrum perfectum atque sufficiens, & quotcunque huius ordinis sunt. PROT. Videtur. s. o. c. Tertium ut ipse Vaticinor, si mentem sapientiamque posueris, haud procul à veritate discedes. PROT. Forte. s. o. c. Quarta verò sunt quæ ipsius animæ propria posuimus, scientiæ & artes opinionemque recta, quæ idè tribus illis statim succedunt, quia bono sunt quam voluptas cognatiore. PROT. Forsitan. s. o. c. Quinto loco pone voluptates eas, quas expertes molestiæ definimus, quas puras nominabamus animæ ipsius scientiæ, sensus aut sequentes. PROT. Fortassis. s. o. c. In sexta verò progenie, inquit Orpheus, cantilenæ ornatum finite. Nostra quoque oratio in sexto iudicio finiri videtur. Unde nihil deinceps nobis aliud restat, nisi ut dictis caput adhibeamus. PROT. Decet profecto. s. o. c. Tertio iam orationem eandem conservatorem deum contestati breuiter perstringamus. PROT. Qualem inquis? s. o. c. Philebus quidem inquit, omnem penitus voluptatem nobis ipsum bonum esse. PROT. Tertio quemadmodum videtur: dicebas paulo antè repetendam orationem esse. s. o. c. Hoc ipsum quod aut sequitur, audiamus. Equidem quod modo dixi oratione Philebi aliorumque innumerabilium considerans gra-

Mens aut est
ipsa veritas
aut simili-
ma.

Bonorum
distinctio.

autem
autem

uiterque ferens, mentem longè meliorem potioremq; hominum uti quam voluptatem contendi esse. PROT. Dicta hæc sunt. s. o. c. Sufficatus tamen esse & alia multa intuli, quod si apparuerit aliquid ambobus hisce præstantius, pro mente ipsa aduersus voluptatem de secunda sorte pugnarem, voluptasque secundis etiã honoribus spoliaretur. PROT. Hæc quoque dixisti. s. o. c. Præterea cum dixissem bonum ipsum esse omnium sufficientissimum, neutrum ex ijs tamen sufficiens esse constitit. PROT. Vera narras. s. o. c. Et cum in ea oratione nec mens nec voluptas sibi ipsi sufficientem perfectamque vim habere videretur, neutram esse bonum ipsum apparuit. PROT. Rectè admodum. s. o. c. Quinetiam cum tertium quiddam vera que melius esse constaret, mens utique longo quodam intervallo propinquior potiori superantique idea quam voluptas eluxit. PROT. Quidni? s. o. c. Ergo nonne quintum gradum ex ea sententia quam præsens iudicium protulit, voluptatis potentia sortiretur? PROT. Videtur. s. o. c. Primum tamen voluptati locum boues darent, & equi, & bruti denique vniuersa, ex eo quod eius illecebris mancipata sunt, quibus plurimi fidem, haud secus quam augures auiibus habentes, voluptates ad bene viuendum potissimas omnium arbitrantur: ferarumque amores, locupletiores testes asserunt, quam tot responsa rudium philosophorum. PROT. Verissima, à Socrates, te narraffe cuncti fatemur. s. o. c. Nonne ergo me iam dimittis? PROT. Exiguam adhuc quiddam restat, à Socrates: neque enim prior tu quidem discedes: ego verò quæ restant, in memoriam tibi reducam.

PLATONIS HIPPIAS MAIOR, VEL, DE PULCHRO.

MARSILII FICINI ARGUMENT.



DE pulchro, in Phædro, Symposio, & Hippia disputatur. In Hippia, quia Socrates agit aduersus Hippiam Sophistam, qui cum ignoraret, se scire putabat, quæ ignorantia animi reddit indocilem, quid pulchrum sit non satis docet, sed quid non sit ostendit, & opinioniones falsas redarguit. Sophistam vocat eum qui se sapientem videri magis quam esse studet, pecuniarum honorisque gratia. Talem verò Hippiam esse in proœmio declarat, & in fine proœmij. Sumpta occasione ab oratione quadam Hippie quæ de pulchris officijs diserebat, interrogat Socrates quid ipsum per se pulchrum quo reliqua omnia pulchra sunt. Oportet enim particularia ad vniuersale quod in particularibus, & vniuersale quod in particularibus ad ipsum quod supra singula est vniuersale referre. Nam singuli hoies pulchri, per formam quandam singulis communem pulchri redduntur: forma verò communis pluribus à diuina specie velut à sigillo character imprimitur: quoniam omnis multitudo ad vnum quod in multitudine, & vnum quod in multitudine ad vnum quod supra multitudine est, reducitur. Quare cum multa sint pulchra, oportet singula per pulchritudinem communem omnibus, & omnibus instam esse pulchra: & pulchritudinem quæ in oibus est, sicut in alio est, non in seipsa, sic ab alio, non à seipsa pendere. Vni quodque è singulis pulchris, pulchrum hoc Plato vocat: formam in omnibus, pulchritudinem: speciem & ideam supra omnia, ipsum pulchrum. Primum sensus attingit opinioque: secundum ratio cogitat. Tertium mens intuetur. Interrogatus Hippias, ter secundum sensum opinionem definit. Quibus consultatis, Socrates ter quoque definit. Bis quidem secundum rationem. postremo secundum mentem. Sophista enim sensu opinionemque incedit, philosophus ratione potius, atque mente. In primis Hippias pulchram